n Eque leges meæ pfecto athenienſibus pfuture multum erant: neq; tu eis antiquatis ciuitati vlli fuiſti emolumento. Deus.n.ac latores legum non ſoli iuuare ciuitates poſſunt: ſed q multitudinem agunt i quãcumq; ſniam volunt. Hi.n.ſi recte rem adminiſtrẽt: deus ac leges vtiles ſunt: ſin aũt male: nihil proſunt: neq; ſane meæ leges: ac iura quæ ſcripſi quicq̃ pfuerunt: ſed qui illas tranſgreſſi ſunt magna reipu. inuexere detrimẽta: qui Piſiſtrato ne tyrãnidem inuaderet nõ obſtiterunt: neq; vero futura prædicenti mihi fides habebat̃. Illeq; fidelior eſtimabatur athenienſibus blãdiens q̃ ego vera ploquens. Poſitis igit̃ armis p curia his quidem qui Piſiſtratum geſtire tyrãnidem non animaduerterunt ſapiẽtiorem: eis vero qui libertatem reipu. aſſerere metuerent fortiorẽ eſſe me dixi. Qui m̃ Solonis veſaniam reprehendebãt: tandẽ ita patriam conteſtatus exceſſi. O patria hic quidẽ Solon tibi opem ferre & facto & dicto pmptus & paratus eſt. Ceter̃ hiſce & inſanire videor: itaq; te deſerta profiſcor ſolus ex oĩbus Piſiſtrati inimicus. Iſti quippe illi & fauere & obſequi parati ſunt. Noſti.n. pfecto hominem amice quãto ille aſtu: quo ingenio: qua arte tyrãnidem inuaſerit: nã cœpit quidem blande plæbem illicere: deinde ſibi ẽt vulnera inflixit: ac progreſſus in publicũ: eaq; ſe ab hoſtibus accepiſſe vociferans orabat quadringẽtos robuſtiſſimos iuuenes ſibi cuſtodes darent. At illi me quidẽ reluctante & reclamante viros prebuerunt: Erant aũt hi armati validis fuſtibus: his itaq; ſtipatus ſtatũ repu. euertit: dumq; illi ſpe inani pauperes ne ſub mercede ſeruirent ſe liberare ſtudent: omnes vna ſub iugum miſſi ſunt: vniq; ſeruiunt Piſiſtrato.

Solon Piſiſtrato.

c Redo equidem nihil me abs te paſſur̃ mali: nam ante tyrãnidem tibi amicus eram: ne nũc quidem magis infeſus q̃ alius quilibet athenienſium qui tyrãnidem nõ ament: ſiue aũt vnius imperio regi: ſiue publice rem adminiſtrari illis vtilius ſit ex ſua quiſq; ſnia ſtatuat. Certe tyranno℞ te oĩum eſſe præſtantiſſimum fateor. Athenas aũt redire mihi vtile non eſſe cognoſco: ne quis me iuſte reprehendat: ſi qui athenienſib9 dudum rempubli. ex æquo adminiſtrandã tradideram: præſenſq; oblatam mihi tyrãnidem ſponte declinaueram: mõ rediens factum tuũ ſubita pœnitẽtia probare videar.

Solon Crœſo.

i Mplector mirifice tuam in nos beniuolentiã: & per deos ĩmortales niſi apud me iampridem ſtatuiſſem ibi ſedẽ habere: vbi reſpu. ſit libera: mallem apud te in tuo regno vitam: q̃ athenis ducere: violenter tyranidem exercẽte Piſiſtrato: ve℞ gratius illic ex inſtituto noſtro viuimus: vbi ſunt oĩbus æqua & cõmunia: ueniam tamen ad te vt tuo vel hoſpitio tantiſper fruar.

¶Chilo Lacedæmonius.

Chilo Lacedæmonius patre Damageto fuit. Hic scripsit elegiam versus ferme
c ad ducētos: dicebat autem futurorum prouidentiam ratione comprahendi
posse prīn virtute viri. Indignāti fratri: q̄ Ephorus ipse nō fieret cum ille fuisset:
ego inquit pati iniurias scio: non tu: fuit autē Ephorus circa quinquagesimam: & quin
tam olympiadem. Porro pamphila circa sextam ait primumq; ephoꝝ fuisse sub euthi
demo auctore. Sosicrate: Primumq; instituisse: vt ephori regibus adiungerētur. Sa-
tyrus Lycurgum dixit. Hic vt Herodotus in primo historiaꝝ libro refert. Hippocra
ti in olympia sacrificanti cum feruere absq; ignis adminiculo lebetes cepissent: cōsuluit
aut persistere celibem: vel si duxisset vxorem dimitteret filiosq; necaret: fertur: & æso-
pum interrogasse q̄dnam faceret iuppiter: illumq; respondisse excelsa humiliat: & hu-
milia extollit: rogatus quo differunt periti ab imperitis? bona inquit spe: quid sit diffi-
cile? archana inq̄t reticere: & ocium recte disponere iniuriasq; tolerare posse: præcipie-
bat: & hec linguam semper quidē sed in conuiuio præsertim continēdam: ꝓximo non
maledicēdum: alioquin audituros quæ nos mœrore conficiant. Nemini intentandas
minas: esse. n. muliebre: promptius ad amicorum aduersos casus q̄ ad secundos succes
sus accurēdum: vxorem humilem apparatu modico ducendam: mortuo non maledi
cēdum: honorandam senectutem: obseruādum seipsum: damnum potius q̄ turpe lu-
crum eligēdum id quippe semel tantum augere hoc semper: elato secundis rebus nō ar
ridēdum: fortem mansuetum esse oportere: vt proximi nō tam metuant: q̄ reuerean-
tur. Discēdum domui suæ rite præesse: linguam præire animo nō permittēdā: superan
dam iracūdiam. diuinationem nō execrandam: īpossibilia non appetanda: in via nō fe-
stinādum: inter loquēdum non agitandā manum: esse. n. vecordium: obtēperandū le
gibus quietē adamādam: inter cæteras eius s̄nias hæc maxime placuit qua dixerat lapi
dis cotibus: auꝝ examinari: & dare apertū sui documentū. Auro aūt bonoꝝ maloꝝ
q̄ hominū mentē cuiusmodi sit cōprobari: Aiunt illum cū iam esset vetulus dixisse si-
bi nihil esse consciū in tota vita ingrate fecisse: vna tn̄ re se modice moueri: q; cū semel in
ter amicos illi iudicandū esset: neq; contra ius agere aliq̄d vellet persuaserit amico iudi
cū a se ꝓuocare: vt sicut vtrūq;: legem scilicet amicumq; seruaret: maxima gloria præ
cipue apud græcos fuit: q; de Cytheris insula laconiæ prædixerit. Nam cū illius natu-
ram situq; didicisset: vtinam inq̄t hæc nunq̄ fuisset: aut certe simul ac visa est submersa
esset: præclare sane ac rite præuidit. Demaratus enim lacedæmone fugiens Xerxi con-
suluerat in ea insula naues cōtinere: & profecto in ditionem hostiū venisset græcia si id
regi persuasisset. Postmodum vero Nicias bello pelopēnesia eo euersa insula: præsidi-
um illic atheniensium statuit lacedæmoniosq; multis cladib9 afflixit: erat in loquēdo
breuis: atq; ob eam rē Aristagoras milesius hunc loquendi morem Chilonium appel
lat. Senuerat iam circa quiquagesimam & primam olympiadem: quo q; tpe vigebat
Aesopus orator. Obiit autem vt Hermippus ait pisæ amplexus atq; osculatus filium
q; in olympia fuisset coronatus: Defunctū asserunt in modica lęticia: & senij imbecili
tate. Ipsiq; omnes quid ad celebritatem conuertāt honorificentissime iusta ꝓsoluerūt.
Est: & in hunc nostrum epigramma.

Phosfore reddatur polux tibi grā: q; fert
Chilonis natus tempora cincta pugil:
Serta videns nati genitor si gaudia summat:
Non mihi sic tali mors odiosa foret

Ipſius item imagini inſcriptum elogium primum ex ſeptem ſapientibus claruiſſe ſapi
entia teſtatur: Eius eſt ea ſententiola: ſponſioni non deeſſe iacturam: Breuis quoq; epi
ſtola ipſius fertur huiuſmodi.

¶Chilo Periandro ſalutem.

Vbes vti militia vacem extorrisq; agam: quaſi tu in tuto futurus ſis atqui ego
i monarchæ vito nec ſua tuta eſſe puto fœliceniq; cum tyrannum cenſeo cui in
ſua domo abſq; ſanguine contigerit mori.

¶Pittacus Mithyleneus.

Ittacus Mithyleneus Hyrradio patre quem Thraca fuiſſe Duris auctor eſt.
p hic vna cum Alcæi fratribus Melanchrum Leſbi Tyrannum profligauit. Et
cum de agri Achillitidis poſſeſſione inter athenienſes & mityleneos armis de
cerneretur. Imperator ipſe exercitus cum phrinone athenienſium duce qui & pancra
tiaſtes & olympionices fuerat ſingulari certamine pugnare inſtituit. Ræte igitur cly
peo tegens phrynonem eo dũmodo cauet indoluit: ipſoq; perempto agrum ſeruauit:
poſtmodum vero athenienſes diſceptaſſe cum mityleneis de poſſeſſiõe agri: ipſumq;
a Periandro controuerſiæ iudice atheniẽſibus adiudicatũ tradit Apollodorus in chro
nicis: tunc igitur Pittacum in ſummo honore mitylenenſes habuere: eiq; principatum
tradiderunt: quem ille cum decem annis tenuiſſet & rempublicã præclaris ordinibus
conſtituiſſet: ſeipſum ſponte magiſtratu abdicauit. Decem inde alios ſuperuixit ãnos
agrumq; ſibi a mityleneis traditum ſacrauit: qui nunc Pittacus dicitur. Porro Soſicra
tes partem ipſius abſcidiſſe: dimidiumq; plus toto dixiſſe teſtatur: ſed & Crœſo pecu
nias ad ſe mittente ſuſcipere noluit duplo plura q̃ vellet ſe habere conteſtans. Defũcto
enim fratre ſine liberis hæreditatem ad ſe pertinere. Pamphila autem in ſecundo com
mentarioꝝ Tyrrhæum refert ipſius filium cum ſederet in Tonſtrina cumis: iniecta ſe
curi ab ærario fuiſſe necatum. A cumanis vero victum homicidã ad Pittacũ miſſum:
atq; ab eo pœna fuiſſe abſolutum dicẽte cum rem cognouiſſet indulgentiam pœniten
tiæ eſſe præferendam. Heraclitus autem Alcæum aſſerit habuiſſe captiuum: liberũq;
dimiſiſſe: veniamq; ſupplicio meliorem dixiſſe. Ebrios cum peccarent duplici incõmo
do afficiendos per leges ſtatuit: vt cauerent temulentiam: abũdat quippe vino inſula.
Feruntur eius iſtæ ſententiæ. Perdifficile eſt bonũ eſſe: cuius verſiculi & ſimonides me
minit. Plato item in Protagora: neceſſitati nec deos reluctari: p̃cipatum viros decla
rare. Interrogatus aliquando quid eſſet optimũ: quod impręſentiarũ inquit occurrit
bene agere: A crœſo item rogatus quo dnam eſſe maximũ imperium ligni inquit vari:
legem. ſ. ſignans. Dicebat autem victorias ſine ſanguine acquiri. Phocaico item dicen
ti. quærendum eſſe ſtudioſum ac frugi virũ: etiam ſi valde inquit quæſieris non inuenies.
Percunctantibus quid nam eſſet gratificum: tempus ait: quid obſcurum? futurorũ
euentus inquit: quid fidele? terra: quid contra infidum? mare inquit. Dicebat pruden
tium virorum eſſe: prius q̃ aduerſa contingant. prouidere ne veniant: fortium vero cũ
illa contigerint æquo animo ferre. Quod inquit facere intendis noli pręedicare: nam ſi
facere nequiueris: ridebetis: infœlicitatem nemini improperaueris: ne iuſte quærimo
niæ pateas. Depoſitum cũ acceperis: redde. Amico noli maledicere: ne inimico quidẽ:
pietatem colas: frugi eſto: pudicitiam ama veritati ſtude: fidem: peritiam: dexterita
tem: ſodalitiũ diligentiamq; cuſtodi. Quæ vero cecinit: maxime probãtur. Hæc ſunt
ſumpto arcu & iaculis ſagittiferaq; pharetra impetẽdum hominem nequaq̃. Nam fi
dum nihil lingua loqui pręualet: dum cordi duplex alte inſedit ſenſus: fecit item ad ſoc

amos elegios versus: & captim de legib9 ad ciues. floruit maxime circa. xlii. olympiadē: mortuus ē aūt sub Aristomene tertio anno. li. olympiadis: cū vixisset ānos plusq̄. lxx. senio cōfectus: sepultūq; i Lesbo mausoleo ipsius inscriptū epigramma signat.

Condidit hoc tumulo lachrymis te pittace lesbos
Sacra suis: obitu languida facta tuo.

Est illa eius sniola: tp̄s nosce: fuit & alter Pittacus legifer: cuius: & fauorinus i primo cōmentarioꝝ: & demetrius i æquiuocis meminit: q & minor appellatus est. Fert̄ aūt sapiens ille cū ab atarnete adulescente cōpelleret̄: vt moneret vtra sibi ducēda eēt vxor duas quippe se expetere: alteram quidē opibus sibi: & genere parē: alteram vtra i re excellentē: bacillo senū adminiculo elato admonisse pergeret ad triuiū ciuitatis: quo ludēdi cā pueri cōueniunt: cosq; consuleret quid facto opus eēt: sequereturq; illoꝝ monita. Sicq; factum esse. Adulescētēq; illum pueroꝝ vocibus datoonitū æqualē sibi duxisse: id factum Callimachus in epigarāmatibus venustissime scribit.

Hospes atarnites rogitauit pittacō. olim.
Sic mytilenęū hyrradinoq; satum.
Magne senex gemię cupiūt mihi nuber̄: q̄ꝝ
Et genere atq; opibus conuenit vna mihi:
Altera præcellit: quid pręstat cōsule: dicq;.
Vtra ex his potius sit capienda mihi.
Hic baculū tollēs sic tela senilia dixit.
Consiliū pueri quod petis expedient.
Quis celer i gyꝝ iactatus verbere turbo
Assiduo latis vertitur in triuiis.
I: sequere illoꝝ monitus: sic fat̄: vt ille
Scitatur: referunt: tu tibi sume parē.
Quę postq̄ audiuit mōitis puerilib9 hæc
A magnis hospes abstiuit thalamis (rēs
Atq; parē paruas lętus traduxit in ædes.
Sic dion æqualem si sapis ipse cape.

Dionemq; itidem admonet facere: parē. s. eligere: videtur autem ex affectu ista dixisse. Quippe nobiliorē ipse duxerat Draconis. s. penthili filii sororem quę illi immodice superba erat. Hunc alcæus Sarpodē: & sarapū vocat: q latos pedes traheret cheropadē autē q vulnera in pedibus haberet: quæ chœrades appellant̄: gabricum: q frustra intumesceret. Phisonem vero: & gastronē. q pingui esset aq̄liculo. Zophodorpidē quoq; q obtusam haberet oculoꝝ aciem. Agasyrtū vero: q obtrectatoribus pateret: & sordidus eēt. Huic exercitium fuit molēdi tritici: vt Clearchus philosophus testatur: est aūt eius breuis epistola huiōi. Pittacus Crœso. Iubes me i Lydiam venire inspectatuꝝ opes tuas. Ego: & si illas minime aspexi: nihil ambigo. Alyattis filiū regum oium esse opulētissimum auroq; refertissimū: neq; vero amplius quicq̄ habituri sumus: si sardis ad te accesserimus. Aurū. n. ipsi nō indigemus contēti modico vitæ stipēdio: quantum satis sit mihi: & amicis. Veniam tñ vt tibi perhumano: & hospitali viro familiaris efficiar: Vale.

Bias prienæus.

b ianti prienæo pater fuit Teutamus: hunc Satyrus septē reliquis prætulit: fuisse opulētum plærīq; autumāt. Duris aduenā fuisse testat̄. Phanodicus vero captiuas eū puellas redimisse messenias: sibiq; in filias nutrisse: ac postmodū adiectis doubus messanam parētibus illas remisisse. Breui post tēpore inuento: vt diximus a piscatoribus aureo tripode: cui erat inscriptū sapiēti. Satyrus quidē puellas: alii vero ex quibus phanodicus ē: illaꝝ patrem in cōtione venisse ait. Biantēq; expositis quę isse egisset appellasse sapiētem: sicq; tripoda ad eum missum: eo cō'pecto dixisse biantē Apollinem eē sapiētem: neq; illum admisisse: alii Thebis Herculi sacrasse referūt: q esset prienæq; Thebanoꝝ Colonia phandico idipsum asserēte. Fert̄ cum ab Alyatte prienæ ipsius patria obsideret̄ biantē ex idustria duos saginasse mulos eosq; in castra impulisse: eis conspectis obstupuisse regem: q bruta quoq; animalia largas obsessoꝝ copi-

as pferēt: ac de soluēda obsidiōe cogitantē explorandi gratia nūtiū in vrbē dimisisse: biā tē cosilio regis explorato magnos arenæ aceruos tritico operuisse boiq; ostēdisse: eo agnito regem cum prienēsibus pacē percussisse: ex continēti regem bianti vt ac se pergeret mādasse: illumq; dixisse: equidem rex cæpas edere atq; ac flere iubeo. Fert: & in causis orandis summus atq; acutissimus fuisse bonam tñ in partem dicēdi vim exercere solitum. Idq; demodicū alerium significasse: cū diceret: Oratori prienæam cām ē imitandam Hipponactēq; similiter: q dum laudare quēpiam summæ integritatis vellet: eum biante priēscait cās egisse præstātius: Morit & ipse in hunc modum. cām p amico dixerat iam vetulus: & cum a dicēdi labore quieuisset: caput i finibus nepotis filij. s. filiæ fessus reclinauit. Cum vero aduersarius itē perorasset: iudicesq; sentētiam pro eo dixissent qui causæ suæ biantē habuerat patronum: solum iudicio. Nepotis in gremio efflauisse animam compertus ē: ipsumq; magnifice sepeliuit. Ciuitas atq; eius laudes tumulo inscripsit.

Petra prienæum tegit hic cōmissa biantem.

  Ornamentum ingens qui fuit ionijs.

Et est nostrum.

Petra bianta tegit stygias pyllenius vndas:

  Quas duxit niueum tempora canicie.

Perpetuam noctem pueri dormiuit in vlnis.

  Dixerat vt socij credita iura sibi.

Scripsit autem de Ionia ad duomilia versus: quo. s. mō fœlix esse posset: placuerūt eius istæ imprimis sniæ. Ciuibus placere oibus stude: habet. n. id multum gratiæ. Contra vero fastus: ac superbia semper nocuit: & illud corpore quidē eē validum naturæ munus ē. Porro quę vtilia sint patriæ dicere animi: ac prudētiæ proprium: pecuniarū aūt copiam plurimis ēt forte obuenisse: infœlicē dicebat. qui ferre nequiret infœlicitatem morbumq; animæ impossibilia amare: & appetere: & aliena: & incommoda nō meminisset interrogatus quidnam eēt difficile? ferre inquit fortiter mutationē in deterius rerum: nauigabat tum impijs aliqñ: & cum tota tempestate nauis quateret fluctib9: illiq; deos inuocarēt: silete inqt ne vos hinc illi nauigare sētiant: percontanti impio homini quid pietas? nihil respondit: cūq; ille silētij cām sciscitaretur: quia inquit de rebus nihil ad te pertinētibus quæris: rogatus quid eēt dulce hoībus? spes ait. Male se iter inimicos: q̄ inter amicos iudicare dicebat. Quippe ex amicis alter prorsus futurum inimicum: ex inimicis autem alter amicum: forte interrogatus qdnam faciēs homo delectaret? lucrās inquit: dicebat vitæ tempus ita metiēdum: quasi: & diu & parum victuri simus: ita amandū quasi odio simus: habituri: malos. n. esse q̄ plurimos. Sic autem cosulebat. Quodcunq; agere instituis cunctabundus: ac deliberabundus arripe. Cæterum in eo quod elegeris firmiter persiste noli cito loqui: est. n. insaniæ iudicium: prudētiam dilige. De dijs ita: vt sunt loquere. Indignum hoīem diuitiarum gratia laudare noli: persuadens accipe non cogens. Quodcūq; boni egeris ad Deos refer: viaticū tibi ab adolescētia ad senectutem sapientiam compara: ea quippe sola est certa veraq; possessio: meminit biantis. vt dixim9 ēt Hipponax: & ingratus Heraclitus ipsum præcipue commēdat his verbis: priene oppidum biantem tulit Teutami filium: cuius est opinio illustrior q̄ cæterorum. Et prienæ sacellum ipsi dedicarunt: quod Teutonium dicitur. eius est sententia plures mali sunt.

Cleobolus.

c

Leobulus Euagoræ filius ex lindo fuit vt duris auctor ẽ ex caria fuit: cui9 gen9 pleriq; ad herculem referunt. Corporis viribus: ac spem fuisse insignem: ægyptumq; percipiendæ philosophiæ gratia petijsse tradunt. Natamq; illi filiam Cleobulinam exametrorum enigmatum vatem Cunis: & Cratinus meminit in eiusdem nominis poemate plurali inscribẽs numero sed in mineruæ phanum a Danao constructum illum instaurasse aiunt. Scripsit autem carmina obscurasq; sententias ad triamilla versuum: midæ quoq; mausoleo inscriptum epigramma ab eo factum: non desunt qui sentiant ærea sum virgo: & cætera.

Aenea virgo midæ celebri sum nixa sepulchro:
Allui vnda fluen & plurima germinat arbos.
Phœbus at exoriens: & splendida luna refulget.
Flumina labuntur placidæ de montibus vndæ.
Littora commiscent: deflecto hic marmore multum
Flucta: midam moneo qui præterit esse sepultum.

Innituntur autem Simonidis testimonio: qui vituperare videtur cur tantas laudes in eius statuam tanto verborum strepitu congesserit: vt eam indeficiẽtibus omnibus vernis floribus: solisq; flammis & auræ lunæ & æquoreis vndis comparauerit: ipsumq; Cleobulum aperte fatuum appellabat.

Quis lindium cleobulon efferret laudans?
Fluminibus & vernis rosis obicientem
Flammæq; solis auræq; lunæ
Marisq; vorticibus columnas & robur:
Infra sunt quoniam cuncta cælestes diuos.
Lapides enim mortalium manus frangunt:
Hoc nempe consilium viri est parum sani.

Vnde constat Homeri illud non esse: qui multis annis midam præcessit vt aiunt:
Fertur in commentarijs pamphilæ ipsius huiusmodi enigma.

Est vnus genitor: nati bona pignora bis sex.
Triginta cuius natæ: sed dispare forma.
Hæ niue aspectu: nigræq; coloribus illæ:
Atq; imortales omnes moriuntur ad vnam.

Vnus pater est: isq; duodecim filios habet: eorum singuli. xxx. sunt filiæ: pulchra specie & varia: aliæ namq; sunt candidæ: aliæ nigræ: immortales vero sunt: & moriunt̃ omnes: est autem annus: Sunt & istæ ex sentẽtijs illius celebres imperitia in omnibus maiori ex parte dominatur: & multitudo verborum. Sed tempus sufficiet: sentire atq; sapere illustre aliquid: & inclytum stude inanis. Et igratus ne sis: filias nuptui locari oportere ætate virgines sed prudẽtia: & sensu mulieres: docens per id virgines quoq; erudiendas esse: dicebat amicos: beneficijs fouẽdos: vt amiciores sint inimicos ãt amicos faciendos. Cauendam. n. vituperationem amicorum: isidiasq; inimicorum fugiendas. Illud item anteq̃ domo quis exeat quid acturus sit apud se pertractet. Rursus cum redierit quid egerit recogitet: consulebatq; corpus rite exercendum: audendi magis q̃ loquendi studiosum esse oportere: intentum studij potius q̃ imperitum: linguam habere laudabilem proprium virtutis esse alienum a vitio: iniusticiam fugere: ciuitati ea cõsulenda quæ sunt optima: voluptatem frenandam: vt nihil legendum: erudiendos libros: inimicitia soluendas cum muliere; neq; blandicijs agendum: neq; præsentib9 ei-

trancis iurgandum. Illud quippe vecordiam: istud vesaniam significare famulū vino hilarem non puniēdum: videri.n.id demētius esse: vxorem sibi parem eligendā. Nam si clariorem te duxeris inquit: affines dños habebis: iurgātibus non insultandum: inimicos quippe ex ea irrisiones fieri: dū secunda fortuna arridet superbire noli: aduersa ꝑstrepēte noli frangi: fortunæ mutatiões fortiter ꝑferre disce: obijt senex annoꝝ. lxx. cuiusq; laudes tumulo inscriptum epigramma cōtinet. Scriptum & ipse breuē epistola Soloni sic. Cleobolus Soloni. Amici quidē tibi sunt permulti: singulisq; domus ē: verum ego Soloni cōmodissimam fore ad inhabitandū lindū censeo ciuitatē. s. liberam. Estq; īsula maritima vbi si morari volueris nihil a Pisistrato mali formidabis: atq; ad te amici vndiq; confluent. Vale.

❡Periander.

P Eriandro Corinthio Cypselus pater fuit: ex heraclidaꝝ gente: vxorem aūt Lysidem duxit: qua ipse Melissam appellabat: Proclei epidaurēsium Tyranni: & Euristhenea Aristocratis filiæ: sororisq; Aristodemi filiam: qui vt ait Heraclides ponticus in libro de principatu totius ferme Arcadiæ dominabantur: duosq; ex ea filios genuit Cypselum scilicet & lycophronem: alteꝝ ex his iuniorem prudentem: maiorem natu stolidum: post aliquā tum temporis accensus ira missam sub gradibus prægnantē coniugem calcibus percussit: ac necauit: pelicum obtemperando calūnus: quas tñ postmodum igne cremauit: puerumq; Lycophorna matri ploratu iusta soluētem abdicauit: atq; in Corcyram agi præcepit: iam vero vicinus senio illum vt ei Tyrānidem per manus daret: ad se accersiri iussit. Eius Explorato consilio corcyrenses iuuenem interemerunt: hoc ille comperto furijs succensus coꝝ liberos ad alyattem abscidēdos misit: Cum aūt nauis appropinquasset Samo: iunoni vota faciētes a Samnijs seruati sunt. quod ille vbi didicit: mœrore confectus excessit e vita annos natus ferme. lxxx. Sosicrates eū ante Crœsum obijsse diem asserit. lx. & vno annis ante quadragesimam & nonam olympiadem. Hūc herodorus in primo historiaꝝ Thrasybuli milesioꝝ Tyranni hospitē fuisse ait. Aristippus autem in primo de antiquis delitijs libro hęc de illo refert: matrem eius crateam illius amore feruentem & clam congredi solitā illo non inuito tantoq; flagitio arquiescente: quod vbi agnitum est: dolens se fuisse dep̄hensum: grauius iam ciuibus instabat. Porro Ephorus in historia vouisse illum tradit si olympia quadriga vicisset aureā statuam deo sacraturꝝ: victoria vero potitum & auri inopem quadā celebritate populari mulieribus procedentibus ornatis: mundū ademisse muliebrem: atq; ita donarium misisse asserunt. illum cum sepulchrū suum ignorari vellet: tale quippiam molitum: duobus iuuenibus viam quādam ostēdisse: ac iussisse noctu per illam incederent: cumq; qui prior occurisset interimerent ac sepelirent: postq; illos quattuor alios misisse: qui eos necarent ac sepulturæ traderēt. Rursus cōtra eos misisse plures: itidemq; vt facerent imperasse: sicq; ipsum primis obuium occisum esse: enimuero Corinthij Cenothaphium illius versibus illustrarunt.

Et sophia & nomis periandrum terra corinthus
 Præstantem atræo continet Alma sinu.
Nostrum quoq; in illum epigramma est.
Ne tibi iam doleat si non optata sequaris:
 Omnibus at gaude quæ tribuere dei:
Mœstitia stygias periander cessit ad vmbras:
 Quod non prefecit impia vota dolens:

Huius illud est: nihil pecuniarum gratia agendum. Oportere enim modo qui hone stus sit nō lucrari: scripsit & ὑποθῆκας ad duo milia versuum: Dicebat his qui tyran regnare vellent: summa ope tutēdum vt beniuolentia non armis stiparētur. Rogatus aliquādo cur in tyrannide persisteret? quia inquit & sponte & inuitum cedere æq; periculosum ē: Dixit & hæc: bona quies est: ac periculosa temeritas: turpe lucrum: popularis dominatus tyrānide præstantior est: voluptates corruptibiles sunt: honores immortales. Inter secūdas res esto moderatus: inter aduersas prudens. amicis & fœlicib⁹ & infœlicibus eūdem te præbe. Quotcunq; pollicitus fueris serua: inter loquēdum caue ne secreta pronuncies: non peccantes modo: verum & peccare gestientes puniri. Primus hic armatis circūseptus incessit: magistratumq; ad tyrannidem transtulit: neq; in vrbe degere volētes permittebat. vt ephorus & Aristoteles tradunt. fuit aūt circa trigesimam octauam olympiadem: exercuitq; tyrānidem annos quadraginta. Porro Sotion atq; Heraclides & pamphila in quinto commentarioꝝ duos aiunt fuisse periādros: Tyrannum alterum: alteꝝ vero sapientem: cumq; ampraciotem: hoc ipsum neāthes quoq; Cyzicenus ait: patrueles sibi inuicē fuisse: & quidē Aristoteles Corinthium asserit fuisse sapientem: Plato negat: ipsius & hoc ē. exercitatio totum valet & valuit & isthmum quoq; perfodere: feruntur duæ istius epistolæ huiusmodi.

¶Periander. Sapientibus.

g Rates multas ago Pythio appollini q̄ in vnum coactos epistolæ meæ repperērunt: ipsæq; Corinthum vt confido perducēt: expecto itaq; vos: certe ipsi videbitis q̄ maxime populariter congrediar. Sicut igitur anno preterito Sardis in lydiam venistis: ita nunc oro ne pigeat ad me quoq; proficisci Corinthi Tirannum. Videbunt enim vos & grate quidem Corinthij periandri domum adeuntes.

¶Periander procleo.

n Obis quidem non ex sniā fuit vxoris scelus: tu autem sponte filio ingrato si qd egeris iniuriosus es. Aut igit̄ immanitatē in filium cōpesce: aut ego illi opem feram: nam & ipse satis diu pœnas dedit.

¶Trasybulus Periandro.

g Ræconi quidem tuo nihil dissimulaui: sed ipsum in segetem inducens eminentiores spicas bacillo feriens decutiebam subsequente illo: tibiq; si interrogaueris referret quicquid vel viderit vel audierit a me: & tu ergo sic facito: Si quidē tirannidem tuto tenere cupis atq; in ea roborari: Ciuitatis principes tolle: siue illi amici: siue inimici videant: quippe tyranno amici quoq; sæpe suspecti sunt.

¶Anacharsis.

a Nacharsis scytha Gnuri quiddem filius: Caduidi vero scytharum regis frater matre græca fuit: quamobrem duarum quoq; linguarū peritus erat: scripsit autem & de scytharum legibus: & de his q̄ apud græcos legittima & solemnia sunt ad castigationem ac viliorem victum: itemq; de re bellica ad noningentos versus. Præstitit prouerbij occasionem eo q̄ esset audax & constans in dicendo: vt qui eius cōstantiam imitaretur: scythicum dicendi genus diceretur imitatus. Eū Sosicrates athenas concessisse quadragesima & septima olympiade sub Eucrate pricipe tradidit. Porro Hermippus Solonis iuisse domum: & cuidam ex familia iussisse nunciaret ei anacharsim adesse pro foribus: vt illius conspectu & hospitio si fieri posset frueretur. puerum intus hæc nunciasse soloni: cuiusq; iussu hæc illi renunciasse: in proprijs regionib⁹

hospites fieri: Ad hæc introgressum dixisse Anacharsim: modo se esse in patria: atq; ad se pertinere hospites facere: eã viri dexteritatem admiratum Solonē continuo illum ad misisse & arctissimis amicitię vinculis sibi deuinxisse. Post aliquãtulum tp̃is regressum in scythiam cum patrias leges immutare vellet: græcasq; toto adnisu intereť inducere: in venationis studijs a fratre sagitta percussum interisse: dicētem sermonis & disciplinæ gratia se ex græcia seruatum: per inuidiam in domo & patria perijsse. Quidam græco ritu sacrificantem occisum tradunt. ❡Est & nostrum in illū epigramma.

Suadebat Scythicas errans anacharsis in oras
 Moribus hoc omnes viuere cæcropidum.
Verba leuis nondum modulata sub ore tenentem:
 Hunc immortales traxit arundo deos.

Huius illud dictum memoratur: vitē vuas tris ferre: primã voluptatis: secũdam ebrietatis: tertiam mœroris. Mirari se dixit quomodo apud græcos artifices certarēt: iudicarētq; qui opifices non essent. Rogatus quo pacto q̃ abstemius fieret? si turpes inquit ebriosorũ motus sibi ante oculos ponat. Mirari item dicebat: quid sit quamobrē græci aduersus eos: qui iniurijs lacessunt legē ferentes athletas cũ se inuicē feriunt honorant. Cũ didicisset q̃ttuor digitos nauis esse crassitudinem: tñ inquit morti ꝓpinqui sunt q navigant. Oleũ vesaniæ pharmacũ vixit: q̃ eo iuncti athletæ contra se inuicē magis insaniant. Quõ inquit q̃ mentiri vetãt: in cauponũ tabernis aperte mētiunť. Admirari dixit cur græci initio cõuiuij paruis calicib⁹ vterenť: vbi vero saturati essent maiorib⁹ poculis biberēt. Inscribit̃ aũt ipsius imaginib⁹ lingua: ventre: pudēdis cõtinendum ē. rogatus an i scythia sint tibiæ? ne vites quidē inquit. percontanti quænã esset securior nauis? ea inqt quę in portũ venerit. Istud quoq; se apud græcos mirabile vidisse referebat: q̃ fumũ in montib⁹ relinquerēt: ligna in vrbē conueherēt. iterroganti vtrũ plures sint viui q̃ mortui? nauigãtes inqt vtra in parte cõstituis. exprobrãti sibi attico q̃ scytha esset: at mihi quidē ait ꝓbro ē p̃tria: sed p̃riæ tu. rogatus qdnã esset hoībus bonũ ac malũ? linguam inqt. Melius aiebat est amicũ vnũ egregiũ q̃ gregarios multos possidere. Forũ ad fallēdum inuicē atq; ad dãdas auaritiæ manus destinatũ locum dicebat. Ab adolescēte conuitia passus cõuiuio iam: Adolescēs inquit: si modo cũ iuuenis es vinum nõ fers: qñ senueris aquam feres. Inuenit vt quidam volũt ad vitæ vsum anchoram: & figuli rotam. Scripsit & hanc epistolam. ❡Anacharsis Crœso.

e Gō lydorũ rex in græciam adueni: græcorũ mores & studia & instituta percepturus. Auro aũt nihil egeo satisq; mihi est ad scythas reuerti meliorem atque doctiorem. Pergam tamē ad te Sardis: plurimi faciēs tibi familiarem & amicum fieri. ❡Myson.

m Yson Strymonis: vt ait Sosicrates cheneus genere Hermippo auctore traditur a vico œtaoico siue laconico sic dictus: numeratq; inter septem sapientes: Aiunt eius patrem tyrannum fuisse. Fertur a quodam pythiam cum ab Anacharside quæreretur quisnam se esset sapiētior? respondisse vt de Chilone prædiximus in Thaletis vita œtæum quendam mysonem cheneum se sapientiorem esse: hoc illum oraculo sollicitatum vicum peruenisse: eumq; reppperisse æstate stiuam aratro aptantē: ac dixisse: Atqui o Myson non aratro vacandi nunc tp̃s est: illumq; respondisse satis tempestiuum ad illius parandum. Alij oraculum illud non œtæum: sed eteum dixisse autumant: inquiruntq; quid sit eteus? parmenides quidem pagum esse laconicæ vide

fuerit. Myson. Sosicrates autem in successionibus patre eteum: matre cheneum fuisse
tradit. Euthyphron heraclidis pontici filius cretem asserit: esse enim ex etæ oppidum
etean. anaxilaus archadem tradit: meminit ipsius & hipponax dicens & myso quē vi-
rorum oium sapientissimū Apollo prædicauit. Aristoxenus in varia historia hunc ab
Apemanti & Timonis moribus non multum absuisse testis ē: exosos quippe habuis-
se mortales: denique deprehensum lacedæmone solum in solitudine redire: cū ab eo ro-
garetur q subito se deprehenderat: cur nemine p̄sente rideret: at ob hoc ipsum rideo di
xisse: ex hoc habitū ignobilemque: non ex vrbe: sed ex vico eoque obscuro natus est: ꝗ obque
eam ignobilitatē quæ ipsius sunt a plerisque Pisistrato Tyranno applicari: Aristoxen9
item auctoritatem præter Platonē philosophū. Meminit quippe illius in protagora il-
lum p periandro cōstituens. Dicebat autē non ex verbis res: sed ex rebus verba esse in
quirenda: neque ppter verba res perfici: sed rerum gratia verba cōsumari. Defunctus ē au-
tem ætatis anno. lxxvij.

¶ Epimenides.

Pimenides vt ait Theopompus: aliique complures patrem habuit Phastium
alii Dosiadē: alii Agesarchum tradunt. Cretēsis genere: gnoso vico oriundus
effigiem imutasse perhibet. Missus. n. aliquando a patre vt ouē rure deferret
meridiano tpe diuertit ex itinere: atque in spelunca vbi se iactarat quinquaginta & septē
annos perpetuo sopore acquieuit. Dehinc somno excitatus quæsiuit ouem: putabat
se. n. parum obdormisse: quam cum non inuenisset: in agrum reuertit. Cum vero rerū
omnium faciem imutatam cerneret agrumque in alterius ius concessisse: stupore atto-
nitus: & cunctabundus rediit in oppidum ibi cum domum suam vellet ingredi: quis-
nam esset interrogatus: vixque agnitus a iuniore fratre iam vetulo omnem ex illo didi-
cit rei veritatem. Porro illius fama per græciam volante deo esse carissimus existima-
tus est. Vnde & Athenienses cum aliquando peste laborarent: responso a Pythia acce-
pto vrbem expiari oportere: Niciam nicerati filium misere epimenidemque ex creta ad-
uocarunt: profectus autem olympiade. xxvij. lustrauit vrbem pestemque repressit hoc
modo. Sumpsit oues nigro & candido velere. duxitque in arium pagum: atque inde quo
vellent abire permisit: his qui illas sequebantur mandans vbicūque illæ accubuissent: sin
gulas mactare propicio deo. atque in hunc modum quieuit lues. Ex eo iam hodieque per
atheniēsium pagos aras sine nomine inueniri certum est: In eius q̄ tunc facta est expia
tionis memoriam. Alii causam dixisse pestis celonium scelus: liberationemque significas-
se: atque ideo mortuos duos adolescētes cratium & lysinnium: sicque cladem quieuisse.
Atheniēses ea pernicie liberi Talētum sibi decernūt: & nauim q̄ illum in cretā reuehe-
ret: verum ille pecunia repudiata amicitiā & societatē Atheniensiū & gnossiorum impetra-
uit: reuersusque domū paruo post tpe migrauit ex vita: ætatis suæ anno cētesimo quinq
gesimo septimo: vt ait phasgo in libro de longæuis: sicut aūt Cretenses tradūt ducēte-
simo nonagesimo nono: sicut vero Xenophanes Colophonius audisse se dixit centesi
mo quiquagesimo quarto. Scripsit autem curetum & Corybātum generationem &
theogoniam ad quinque milia versuū. Argus quoque ædificationē & Iasonis in colchō na
uigationem ad sex milia & quingentos versus. Scripsit & carptim de sacrificiis & ciui-
litate cretēsium: ac preterea de Minoe & Rhadamantho ad quattuor milia versuum.
Construxit & apud Athenienses phanum verendorum deorum: vt ait Lobon arginus in li-
bro de poetis. fert etiam primus domus atque agros expiasse: delubraque fabricasse. Sūt
qui illū nō obdormisse: sed ad tēpus excessisse asseuerēt intētū. s. radicibus cædēdis. Ex
tat ipsius ad solonē conditorē legū epla ciuilitatē cōtinēs: quā Minos cretēsibus tradi

dit. Sed demetrius magnesius in libro de poetis: ac scriptoribus æquiuocis: epistolam vt recentē neq; cretensi: sed attica locutione: ipsaq; non satis antiqua scriptam arguere nitit: sit illa sane recēs vt vult ipse: ego & aliam ipsius epistolā reppeꝛi in hunc modū.

Epimenides Soloni.

c Onside o amice: si .n. vel seruire assuetis vel non bene institutis Atheniēsibus pisistratus immineret. imperium profecto diuturnum habuisset. Cæteꝝ viros haud sane malos aut ignauos seruire cōpulit: sed eos qui iudicij Solonis memores tabescunt: seruire tyrannide diutius esse tolerabunt. Verum & si pisistratus ciuitatem occuparit: non tamē ad illius liberos imperium spero deducēdum. Est enim perdifficile hominibus liberis præclarisq; īstitutis legibus sub seruitute durare. Tu autem noli quæso vagus agi: sed in cretam venire ad nos matura: vbi tyrānus nullus cuiq̄ molestus est. aperta via est. Aderūt certe plurimi illi infesti: tibi amicissimi: nulla ergo ratio est. cur aliquid molestiæ pati pertimescas. hic est textus epistolæ. Quidā Demetrio auctore tradunt accipere solitum a nymphis cibum: cumq; intra bouis vngulam conditū seruare: paulatimq; inde sumere: nullaque exinde egestione indigere: neque visum vnq̄ edere. meminit huius & Timæus in secunda. Sunt item qui dicant cretenses illi sacrificia offerre: quasi deo. Aiunt & præsciendi fuisse peritissimū. Denique cū apud Atheniēses munichiam vidisset: ignorare eos dixisse quātarum cladiū causa locus ille futurus esset: quod si scirent dentibus illū discerpturos: hæc aūt prædixit multis ante temporibus. fertur & primus esse se æacum dixisse: lacedæmonijsq; prædixisse captiuitatem quā passuri erant ab archadibus: ac se ipsum reuiuiscere sæpe simulasse: theopompus aūt in mirabilibus refert epimenidis cū nymphaꝝ templum exædificaret vocem e cælo lapsam nō nymphis: sed ioui dedicandū. Cretensibus item prænunciasse belli exitum: quod inter archades & lacedæmonios agebatur: eū quem prædiximus: quo in bello deserti ab Orchomenijs lacedæmonij in ius hostium concessere: senuisse illum intra tot dies: quot obdormisset annos. Non desunt qui asseuerāt: & hoc enim theopompus ait hunc a cretensibus curetē appellari solitū. Myronianus in similibus auctor est: corpus eius penes se lacedæmonij obseruant respōso quodam admonitn vt refert Sosibius laco. fuerunt alij duo epimenides genealogiæ scilicet assertor: & tertius qui doricæ rhodi historiam scripsit.

Pherecydes.

p Herecydes Badis filius syrus vt in successionibus alexander tradit: Pittaci auditor fuit. Eum Theopompus asserit primum oīum de natura & de dijs græcis scripsisse. plurima de illo & stupenda memorātur. Deambulantem enim secus litus psamium: cum intuitus fuisset nauem plenis velis currētem: post paulum mergendam prædixisse: sicq; vt dixerat se inspectante contigisse. Haustā rursus aquā ex puero cum biberet: post diem tertiū terræmotum futuꝝ prædicasse: atq; ita factum esse cum denuo Messanam ascendisset in olympiam perilao hospiti consuluisse: cum tota familia īde migrare maturaret: neglexisse illum messanamq; paulo post captam ab hostibus fuisse. lacedæmonijs solitum dicere neq; aurū neq; argentū honorandum vt Theopōpus in mirabilibus scribit: præcepisse hoc sibi in somnis Herculem: quem & eadem nocte regibus pherecydi vt obtemperarent iussisse sunt qui Pythagoræ ista applicent Tradit Hermippus illum: cum inter ephesos atque magnesios vigeret bellum cuperetq; ephesios vincere. quendam ex prætereuntibus interrogasse. vnde esset. & cū se ille ephesiū dixisset: adiecisse: Trahe me per crura & in agro magnesio ponere

nibusq; tuis adnuncia vt parta victoria me in eo loco sepeliant: adiecitq; se esse pherecydẽ. hæc vbi ille ciuibus renũciauit magna eos victoriæ incessit spes. Postridie vero cõmisso ꝓlio magnæsios fundũt: victoresq; pherecydẽ ex vita migrasse cõperiũt: quẽ etiam sepeliẽtes magnifice honorauerũt. Quidã profectũ delphos e mõte Corycio seipsum deiecisse aiũt: delq; sepultũ eẽ. Alij a pediculis cõsumptũ obisse diem tradũt. Aristoxenus vero cũ de pythagora eiusq; familiaribus scriberet: refert illũ cũ a pythagora qui visitãdi gratia aduenerat: vt sese haberet iterrogatus eẽ digitũ imisisse per ianuã ac dixisse aperte ĩspice. ea postmodũ dictio apud studiosos: deteriorẽ in partẽ semp accipit. Qui aũt ea melioribus in rebus vtunt: peccãt: dicebatq; deos mensã thyotõ vocare. Porro Andrõ ephestius duos tradit fuisse pherecydes syros: Astrologũ alteꝝ: alterũ Theologũ Badis filiũ: cuius pythagoras studiosus fuerit. Eratosthenes vnũ tantũ mõ syꝝ: Alteꝝ Atheniẽsem genealogũ fuisse asserit. seruat hactenus pherecydis syri quẽ scripsit libellus de reꝝ pricipio: cuius initiũ ẽ iuppiter quidẽ adq; tps & tellus erãt semp: terreniꝗ aũt nomẽ fuit terræ: postq̃ ipsi iuppiter premiũ dedit: seruat & heliotropiũ i syra insula. Refert ãt duris i secũdo sacroꝝ iscriptũ ei9 tumulo epigrãma illustre.

In me finitur sapientia tota: quid autem
Si plus pythagoræ nostro dicas: quia primus
Græcorum in populis non mentior ista locutus.

¶Ion autem chius de ipso ait.

Hic velut ornatus virtutibus atq; pudore:
Et dulcem vitam non habet exanimis.
Si ciam pythagoræ sapientia summa. virorum
Cunctorum mentes vidit & edidicit.

¶Est & nostrum sic se habens Carmine pherecratio:

Insignis pherecydes
Syros quem parit olim:
Turpes in pedicillos
Permutasse priorem
Formam dicitur: atq;
Magnetum in regionem
Se iussisse trahi: quo
Inferret generosis
Pœnas ciuibus audax
Ingentes. ephesi nam
Oraclum fuerat quod
Solus non erat ipse
Mandans hoc moriturus:
Cedens sic apud illos.
Verum est hoc igitur: vir
Si viuens sapiensq;
Quædam est vtilitas: ac
Certe qñ nihil q; ẽ.

Aliorũq; in eum feruntur epigrãmata. Fuit aũt circa. lxix. olympiadem: Est eius quoq; ad thaletẽ huiusmodi epistola: Pherecydes Thaleti.

Ene moriaris: cũ tibi fatalis dies supuenerit: morbus me inuaserat cũ tuas ac-
b cepi litteras: pediculis operiebar totus & rigore angebar febris. Mãdaui itaq; qbusdã ex familiaribus vt cũ me sepelierint: ad te pferant quæ scripsi: Tu aũt siquidẽ ea ꝓbaueris cũ sapientibus reliqs ita legẽda demũ trades: sin aũt improbaueris nolite edere: mihi certe nec dũ satis placebãt: Est ibi quidẽ nõ certa reꝝ fides: neque enĩ id recipi neq; qd sit veꝝ me scire ꝓfessus sum. forte quędã de theologia reseruaui: cętera intelligere oportet: oĩa qppe significo potius: q̃ apio. Morbo aũt dieb9 singulis inualescẽte: neq; medicoꝝ quempiã: neq; amicoꝝ penitus admitto. Cæteꝝ assistẽtib9 p foribꝰ & iterrogãtib9 quo i statu sim: digito p hostij claustra dimisso: q̃ sim lãgore fatigatus ostẽdi: admonuiq; vt postridie conueniãt ad solẽnes pherecydis inferias. Vale

Atq; hi sunt quidẽ appellati sapiẽtes: quibus pleriq; pisistratum & tirãnum aggregãt. Veniẽdum vero iam ad philosophos: ac primo inchoãdum ab Ionica philosophia: cuius principẽ thaletẽ fuisse memorauimus Anaximãdri præceptorem.

¶Laertij Diogenis Liber secundus.

Naximandro milesio Praxiades Pater fuit: huius ẽ illud principium & elementum immẽsum hoc & infinitum esse: non tñ definiens aera: & aquam: aut aliud quippiam: & partes quidẽ
a eius immutari: totũ vero immutabile: durare medio loco terram cẽtri instar constitutam globosamq; esse: & rotũdam: lunam falso lucere luminis splẽdoremq; a sole mutuari. Solẽq; terræ æquare magnitudinem: & esse purissimum ignem. Primus aũt Γνώμονα inuenit ipsumq; lacedæmone in loco captandæ umbræ idoneo statuit. quo. s. vt ait Phauorinus i omnimoda historia cõuersiones solis: & æquinoctia notaret: horoscopia quoq; fabricatus ẽ: ac primus terræ marisq; circuitus descripsit: & sphæram insuper cõstruxit. Quænam vera sibi visa sint summatim pro memoriæ occurrit exposuit Appollodorus Atheniensis: qui illum: & in chronicis ait secũdo anno. lviii. olympiadis annum egisse ætatis. lxiiii. ac paulo post obisse diẽ: floruisse autẽ maxime sub Polycrate Samiorum Tyranno: aiunt eum canẽtem a pueris irrisum: eoq; comperto dixisse canẽdum ergo puerorum cã modulatius. Fuit & alius Anaximander historicus: & ipse milesius Ionicus scriptor.

¶Anaximenes.

Naximenes Eurystrati filius milesius Anaximãdri auditor fuit. Quidam: &
a parmenidẽ audisse asserũt. Hic initium dixit aera: & infinitum: moueri sidera non supra terram: sed circa terram: vsus ẽ autem Ionica locutione simplici: & minime fucata. lxiii. olympiade natum esse: atq; eo anno quo sardis capta sit obijsse diem Apollodorus tradit. Fuerunt & alij duo lampsaceni ipsius nominis: orator vnus: alter historicus qui oratoris nepos Alexãdri gesta conscripsit. Extat philosophi Anaximenis epistola: huiusmodi: Anaximenes Pythagoræ. Thales ab ætatis flore ad senectutem per studia virtutis humanitatisq; peruectus inclita morte defungitur. Is cum vt cõsueuerat vna cum ancillula sidera inspecturus atrio domus matutinus exisset immemor vt sese loci situs haberet: dum æthera securus explorat in subiectam foueam cecidit. Milesij fideq; obseruatoris hunc finẽ tradunt. Ceteri liberiq; nostri tanti viri iugiter meminimus: atq; in illius maxime doctrina: acquiescimus: initiumq; sermonis nostri Thaletem semper istituimus: itẽq; alia. Anaximenes Pythagoræ. Consultius nobis egisti vt quietus viueres. qui ex Samo Crotonẽ commigrasti. nempe. n. æacidæ alijq; infesti sunt: milesijsq; tyranni dominantur. Medorum itẽ rex nobis acriter imminet. nisi velimus esse tributarij: ac cõsilij non fuerit Ionas pro libertate omnium cum medis dimicare. Nam si bellum aduersus illos ieamus nulla nobis spes salutis est. Quoniam igitur animo possit Anaximenes cæli secreta rimari: cui iugis aut mortis aut seruitutis icumbit metus? At q to Crotoniatis atq; italis cæteris in amore: ac studio es: perguntq; ad te: & ex Sicilia studiosi quiq;.

¶Anaxagoras.

Naxagoras hegesibulo siue eubulo patre Clazomenius anaximenis fuit pri-
a mis studiosus. primus hic materiæ quam hylem appellant mẽtem adiecit in pricipio operis sui sic scribens: omnia simul erant: deinde accessit mens: eaque

cōposuit: q̄obrem & mens siue animus dicitur. Timon hoc ipsum de anaxagora fate-
turus fillis dixisse scilicet mentem confusis primo rebus accessisse omniaq; compegis-
se simulatq; ordinasse.

Fertur anaxagoras mentem fortissimus heros
Ipsi mens qm̄ contingens omnia moxq;
Vna compegit veteri pugnantia lite.

Hic nō modo generis gloria & opibus: veꝝ animi quoq; magnitudine clarissimus fu-
it. Quippe cum cūctum patrimoniū suis spōte cōcessit: nā cum ab eis insimularet̄ ne-
gligētiæ: quid ergo inquit: nō ne vos ista curatis? Demū ab eis profectus ad speculan-
dam reꝝ naturā se cōtulit rei &.p.& priuatę oīno negligēs: adeo vt cuidā se ita cōpellā-
ti nulla ne tibi patriæ cura est: dixerit mihi vero p̄riæ cura & quidē summa est: digitum
in cælū intēdēs. Fertur in xerxis trāsitu annū ætatis vigesimū egisse vixisseq; ānos .lxii.
Appollodorus i chronicis floruisse eum lxx. olympiade: septuagesimæq; octauæ pri
mo anno defecisse refert: Philosophari Athenis ceperat sub Callia .xx. ætatis anno vt
Demetrius phalerius in descriptione principiū refert: vbi &.xxx. annos cōmoratū tra-
dunt. Dicebat Solem candēs ferrum esse: ac penitus ignitum: & pelopōneso maiorē.
Alij hocad Tātalum referūt: lunam habitacula in se habere & colles & vales: initia re-
rum similitudines habere partiū. Vt enim ex minutissimis arenis aurum cōstet: ita &
ex paruis similiū partium corporibus hoc totū esse compositū: menteq; initium mo-
tus. & grauia corpora inferiorem locū vt terram: leuia superiorē optinuisse: vt ignem
medium aeri atq; humori distributū. Ita.n.& super terræ latitudinem mare subsistere
humoribus a sole in vaporē conuersis: Sidera principio quidem turbato & cōfuso mo
tu ferri solita. Ita secūdum terrę verticē eum qui semper apparet polum fuisse: post mo
dum vero inclinationē accepisse: lacteum orbē reflexum esse solaris luminis nō inter-
micātibus Astris: cōmetas errātium stellaꝝ esse cōuentum flāmas ex se emittētium:
tosq; qui σωἰνϐϑηρὸσ dicuntur veluti scintillas ab aere vibrari ventos fieri cū aer a sole
tenuaret̄: tonitrus nubium esse collisionē: coruscationes confricationem itidem nubiū:
terræmotus successionē aeris in terram. Animātes primo ex humore & calore terraq;
manasse. postmodū ex inuicem natas esse: mares a dextris: fœminasq; a sinistris. Aiūt
illum prædixisse eū qui circa ęgis fluuios contigit lapidis lapsum: quē ex sole casuꝝ di
xerit eaq; rōne inductum Euripidē ipsius discipulū: solem in phaetonte aureā glebam
appellasse. Profectū quoq; in olympiā sereno & lucēte Cælo sedisse pellicea indutum
veste: quasi breui eruptura pluuia: sicq; contigisse. p̄contanti an lapsaceni mōtes mare
essent aliqñ futuri: dixisse ferūt: ita sane nisi tempus defecerit. Rogatus cuius rei causa
natus esset: & inspiciēdi inquit cæli & solis & lunæ. Dicēti cuidam Atheniēsibus priua
tus es: non ego illis ait sed illi me cū vidisset mausoli sepulchrū: monumentū inquit p̄-
tiosum & lapidibus ornatū diuitiarum imago ē. indignāti homini ac moleste ferenti:
q in alieno solo moreretur. bono inquit esto animo. Idē.n. vndiq; in infernum descen
sus ē. videtur autem vt fauorinus in oīmoda historia testatur: Primus homeri poema
de virtute & iustitia cōpositum esse dixisse: multūq; metrodoꝝ lapsacenū familiarem
sui ad eā opinionē contulisse. Quē in his ēt quæ ad naturæ historiā attinēt cōstat poe
tæ fuisse i primis studiosū. Primus aūt Anaxagoras ēt librū ab se scriptū edidit: enīue
to sub pricipe dimylo cecidisse de cælo lapidē: Anaxagorāq; tū dixisse cælū oē ex lapi
dibus eē cōpositū: ac vehemēti circuitu cōstare alias cōtinuo sūma vi ipetus lapsuꝝ. Si
lenus in primo historiaꝝ auctor ē. varia de huius dānatiōe referuntur. Nā in successiōe.

philosophorum tradit Sotion a cleone impietatis accusatum: q solem candentē dixerit laminā: ac penitus ignitam. Defensum aūt a pericle discipulo quinq; talentis mulctatū: exilioq; dānatum fuisse. Porro satyrus in uitis a Thucidide accusatum: q contraria pericli in reipublicæ administratione sentiret: neq; impietatis modo: verum & proditionis absentēq; morti addictum: & cū illi renunciata esset: & damnatio sua & filiorum mors: ad alterum dixisse iampridē aduersum illos atq; se ex æquo naturā tulisse sententiam: ad alterum: sciebam me genuisse mortales. Alij hoc ad solonē referunt. alij ad Xenophōtem. Hunc aūt manibus etiam proprijs sepelisse liberos Demetrius phalereus in libro de senectute testat. Hermippus in vitis carcere inclusum addictūq; morti tradidit. Periclem vero percontatū an illius vitā in aliquo criminaret: cum nullū ei crimē impingi cōpertisset dixisse: atqui ego discipulus istius sum. Nolite igitur iniquis calūnijs inducti illū perdere: verum mihi potius obtēperate liberūq; abire permittere: sicq; factū esse. Hāc tamen illū iniuriā ægre tulisse: ac spōte inde discessisse. Verum .n. Hieronymus in secundo cōmentariorum Periclē asserit illū adduxisse in iudiciū incertis gressibus nutātem: & prę nimia ægritudine confectū macie misericordiaq; iudiciū: potius q̄ q innocēs fuerit inuentus: relaxatum esse: tā varia de ipsius damnatiōe inter auctores minime obscuros habetur opinio: nec defuere qui existimarent illū democrito infestum fuisse: q ab illo minime fuerit defensus. lampsacū postea profectus illic diem suū obijt: vbi rogātibus eum principibus ciuitatis nunquid fieri mandaret: iussisse ferunt: vt pueri quotannis quo mense defecisset: ludere permitterentur: seruariq; hactenus eam consuetudinem. Defuncto igitur lampsaceni honorifice iusta persoluerunt: eiusq; tumulum epigrammate illustrauerunt. Fuere tres & alij eodem nomine in quorum nullo fuere omnia. Verum Primus quidem orator de isocratis disciplina veniēs. Statuarius alius: cuius meminit Antigonus. Tertius grāmaticus zenodoti discipulus.

¶Archelaus.

Rchelaus Atheniensibus siue milesius patrem habuit Apollodotum siue vt
a quidam scripsere. Mydonem: Anaxagorę q; discipulus: & Socratis magister
fuit. Primus hic ex Ionia physicam philosophiam Athenas inuexit & appellatus est physicus q in eum philosophia desierit naturalis: Socrate ethicen introducente: q̄q̄ ne hic quidem ethicæ rudis fuisse videatur: namq; de legibus philosophatus est: & de honesto & æquo. Porro Socrates q hæc ab illo sumpta ꝓpagauerit inuenisse putatus est. Duas eē generationis cās asserebat: calidum & frigidum aīalia de limo nata iustumq; & turpe non natura constare: sed lege hac aūt rōne nitebatur liquentē calore aquam vbi ignis inflāmatur ardoribus terrā efficere: vbi vero circunfluit: aerē gignere atq; ideo illā quidē ab aere: hunc aūt ab ignis leui facileq; motu cōtineri: gigni vero aīalia ex terræ calore: q̄ limum lacti simillimum ad escam emanauerit: sic & hoies natos primusq; vocē aera percussum diffiniuit. mare in concauis p humū veluti collatum cōsistere dixit: maximūq; siderū solē: & omne hoc infinitum appellauit. Fuerunt & tres alij eiusdē nominis: primus Chirographus qui oēm ab alexandro pagratam terram descripsit. alius qui quæ naturæ sunt ꝓpria versu ꝓdidit: tertius orator qui & artē oratoriam scripsit.

¶Socrates.

Ocrates sophronisco patre lapidario: matre phænareta obstetrice nat⁹: sicut
f & plato in thæteto meminit: Atheniēsis patria: pago a lopecēsis fuit. non defuerunt qui illum iuuasse euripidē existimauerint. Vnde mnesilochus ait phrygibus noue euripidis poemati & socratem ligna ministrasse.

Euripidis recens phryges est fabula.
Sarmenta cui suponit: & socrates prudens.
Acrursus Euripides socratis vt socij: & adiutoris meminit.
Tumores socratis noueras ligatores:
Et callias. tu grauis: & sentis sic magnum.
Mihi licet: Socrates enim certe causa.
Aristophanes quoq; hoc ipsum in nephelis tradit: hunc asserens euripidem fuisse qui
Tragœdias scripserit eloquentiæ sapientiæq; plenissimas.
Sapientiæ Euripides agens tragœdias.
Plenissimas hic est celebresq; multum.

Cum igit Anaxagoræ secũdum quosdam auditor fuisset: & damonis vt Alexãder in successionibus ait: post eius dãnationem ad Archelaum se physicum cõtulit: cuius: & pædica fuisse scribit Aristoxenus. Porro Duris seruuisse illũ ait: & sculpsisse lapides: opusq; illius esse gratias quę sunt in arce vestitas pleriq; asserunt: vnde illum: & timon in sillis: & sculptorem lapidum dixerit: & græcorũ vatem præterea vaffrum: & oratorem varium subatticumq; simulatorem appellarit.

Lege loquens vaffer rhetor lapidumq; politor
Græcorum vatesq; subatticus: & simulator
Deriuauit ab his monstrans certissima verba

Erat quippe i oratoria sicut et idomeneus refert promptus atq; acer: sed eum tyranni xxx. dicẽdi artẽ: vt ait Xenophon: docere vetuerunt. Carpit: & ab Aristophane. vt qui deteriorẽ rõnem meliorẽ faceret primus: quippe: vt fauorinus in oimoda scribit historiatẽ Aeschine discipulo oratoriæ cãpos aperuit. Idomeneo idipsum i libris quos de Socraticis scripsit asserente: primusq; de vitæ ratione disseruit: ac primus philosophorum damnatus morit. Ait aũt Aristoxenus Spithari filius pecunias illum ex ministerio suo ad necessariũ victum congregare solitũ. Ceterũ critonem eum ab emendicanda quottidiana stipe atq; ab officinæ subduxisse ministerio gratiam animi ipsius admiratum. et q; se in disciplinã dedisse Demetrius Bizantius auctor est. Animaduertens aũt naturalis speculationis fructum nullũ esse: eamq; ad officia vitæ nihil esse necessariam inuexit primus ethicem: deq; illa: & in officinis: & in publico quotidie philosophans: ea potius inquirenda hortabat: quæ mores instruerent. & quorum vsus nobis domi esset necessarius. Illic. n. Homeri testimonio bonũ nobis malumq; nasci: Sæpe vero inter loquendũ agente id orationis vehementia iactare digito solebat: & crines vellere: ita vt a plerisq; rideret: habereturq; despectui quę in oia ferebat æquo animo. Vnde & cũ fuisset a quodã calce percussus: admirãtibus illius tolerantiam dixit: quid. n. si me asinus calce ipetisset num illi diẽ dixissem: Hec demetrius. Perigrinatiõe vero illi opus nõ fuit quemadmodũ plurimis: nisi inquantũ militauit: sed semper eodẽ in loco manẽs. contẽtus cũ familiaribus: ac studiosis disputabat: nitebaturq; summo ingenij acumine nõ tam illos ex sña refellere: q ipse quid verũ esset inuenire. Fert cum eurypides ei legendũ Heracliti opusculũ dedisset: rogaretq; quid sibi videret dixisse: ea quidẽ quæ intellexit fortia sunt: puto item: & quæ non intellexi: verũ delio id narratore aliquo indiget. Cura illi dicens fuit corporæ exercitationis: eratq; præclari habitus. Deniq; in amphipolim armatim militiam secutus ẽ: atq; prælio cõmisso circa delum lapsum equo xenophontẽ apprehendit atq; seruauit. Confugientibus atheniensibus cæteris ipse lẽto passu abibat: sæpe clam retrospiciẽs: & vlcisci obseruans siquis eu se ipsos inuadere ten-

tasset. Militauit & in potideam per mare. Nam pedibus minime licebat obsistēte bel
lo quo tempore nocte tota in vno habitu permansisse tradunt. Et cum in ea expeditio
ne fortissime pugnasset, ac vicisset. victoriam alcibiadi spōte concessisse: quem a Socra
te amatum Aristippus in quarto de antiquis delitijs testatur. Ion autem chius iuuenē
cum archelao samum in samo peregrinatum venisse tradit. Aristoteles & pythonē p
fectum ait. Isthmum quoq; fauorinus in primo cōmentariorum adisse refert. Erat au
tem constantis animi inuictęq; sententiæ: & imprimis popularis dominatiōis studio
sus: quod cum ex alijs cōstat: tum ex eo maxime q; iubentibus qui cum Critia erāt no
bilibus. leontē Salaminium illustrem & opulentum virum ad se deduci perimēdum
haud quaq̄ cessit: solusque aduersus. x. potentissimos duces sententias ferre ausus est:
& cum libere quo vellet abire e carcere liceret noluit. & plorātes seuere increpauit: pul
cherrimosq; sermones illos vinctus prosecutus est. Frugi item erat & continēs. Refert
Pamphila in septimo cōmentariorum cum alcibiades grandem illi aream ad constru
endam domum largiretur dixisse: an vero si calciamentis mihi opus esset: corium da
res vt calceos mihi ipse conficerem? atqui ridiculus essem si acciperem: Sæpe cum coꝝ
quæ publicæ vēdebātur multitudinem intueretur: secū ista voluebat: q̄ multis ipse nō
ego: ac semper habebat in ore iambos illos: quibus argētum & purpura & cætera id
genus tragœdis potius q̄ vsui vitæ necessaria docētur. T archelaum præterea Macedo
nem & scopā Crānonium: Eurylocūq; larisseū aspernatus est alto aio: cum neq; ab eis
missas pecunias accepit: neq; ad eos ipse proficisci voluit. Adeo aūt parce ac tempera
te vixit vt cū Athenas lues sæpenumero vastaret: solus ipse nunq̄ ægrotauerit. duas il
li vxores duxisse: priorem xantippe ex qua laroproclē genuerat: secundam Myrto
nem Aristidis illius iusti filiam quaro & sine dote acceperit: queq; sibi sophroniscū me
nexenūq; peperit Aristoteles auctor ē. Alij Myrtonē prius duxisse: pleriq; vtrasque si
mul habuisse tradūt: ex quibus & Satyrus est & Hieronymus Rodius. quippe Athe
nienses cū Bellis ac lue ciuibus exhaustam ciuitatē reparare sobolemq; ppagare vellēt
decreuisse referunt: vti vrbanam quidē vnam vxorem ciues ducerent: liceret autem &
ex altera pcreare liberos. Idq; tū & Socratem fecisse. magna vero mētis altitudine car
pentes se atq; obiurgātes contēnebat. In facilitate quoq; victus maxime gloriabatur:
mercedēq; nullo exigebat. Dicebat autē qui suauissime comederet cum minime obso
nio egere: & qui cum voluptate biberet: cū quod præsens nō sit poculum non quærere,
nec expectare: eumq; dijs maxime propinquum: qui minimis egeat. Hoc si quis velit
a Comicis doceri potent: Qui profecto illū dum vituperare querūt: laudant. Aristo
phanes deniq; sic illū agit. O præclare sapiētiæ amator homo q̄ iuste Athenis beatus
albiq; viuis: sic memores & curis plenus inestq; animo erūna: neq; fatigaris aut stans
aut sedēs: sed ne alges quidē multum dolens: neq; prandere cupis vinoq; & edacitate
abstines: alijsq; inhonestis: porroq; Amepsias palliatū illum inducēs sic ait. Socrates
paucoꝝ optime viroꝝ multorumq; vanissime & ipse ad nos pergis: patiensq; es: vnde
tibi pallium hybernum: hoc incōmodum per coriarij cōtingit malignitatē. Hic tāefu
efuries assentari nunq̄ passus es Cæteꝝ ipsius rei q̄ semp inimicus fuerit: vt que magno
& alto animo fœdam istam adulationē prætereuectus sit: Aristophanes itidē accedat
testis in hanc sentētiam elatus fastu vias teris oculoq; innuis & discalciatus pergis plu
ra q̄ toleras atq; inter nos vultus grauitatē ac reuerētiam seruas. Cumq; hoc vitæ insti
tuto degeret interdum tamē ipsi congruēs venustiore habitu amiciebatur: vt in Plato
nis symposio ad agathonem pergēs: æqua illi & hortandi & dehortādi facultas fuit.

Denique theætetum cum de disciplina differeret: vt ait Plato: mirifice immutatum diuinumque ferme remisit. Euryphrona qui patri diē dixerat: quædā de iustitia & pietate loquens ab instituto reuocauit. Lysidem autē hortando maxime motalem fecerat. Erat enim illi ingenium ad eliciendos ex rebus sermōes accōmodatum. Lamproclem item filium in matrem immitem ac ferę: vt ait Xenophon: suadendo ad reuerentiam: reduxit. Glauconē præterea Platonis fratrem ad rem publicam accedere volētem: proposito retraxit: q̄ is rudis esset ignarusque rerum. Item vt refert xenophon. Charmidem ecōtra qui esset maxime idoneus: ad capessendam incitauit. Iphicrati quoque duci animos adiecit: cum ostendisset ei gallos gallinaceos Carij midæ corā callia pēnis ac rostro dimicantes: ipsumque glaconides ciuitati acquirere optabat: non secus ac fasianum auem aut pauōem. Dicebat autem facile cuiuis esse quæque habet mira proloqui. Amicos autem quot possideat nominare difficilimum: tantam in eis obseruandis in esse negligētiam. Euclidem vero cum videret foenrsium causarū imprimis studiosum: O inquit Euclide Sophistis quidem vti poteris: nō autem hominibus. Inutile enim arbitrabatur ac turpe hisce dare operam: sicut & Plato in euthydeno testatur. Dederat illi charmides domesticos pueros vt ab eis domum deduceretur: sed noluit ille suscipere. Sūt qui dicāt illum Alcibiadis eximiam formā aspernatum. vacationem vt possessionum omnium pulcherrimam laudabat: & in ea iucundissime acquiescebat: vt in symposio testatur xenophon. Dicebat & vnicum esse bonum sciam: malum econtra vnicum isciam: opes ac nobilitatem nō solum nihil in se habere honestatis: verum & malum omne ex eis oboriri. Denique cum dixisset ei quidam Antisthenem matre esse threicia. Tu ne iquit arbitrabaris ex duobus atheniēsibus adeo insignem virum natum: Phædonem quoque captiuitatis necessitate quæstui turpi expositum critoni redimēdum præcepit: spectatūque philosophum fecit. sed & fidibus canere didicit: quādo illi opportunum fuit: minime improbum seu pudēdum dicens: quod quisque nesciat: discere. Sæpius item saltabat eam exercitationem plurimum ad tuendam bonā valletudinem cōducere existimans: sicuti & xenophon in symposio testatur. Asserebat & dæmoniū sibi futura præsignare: ac bene incipere paruū non esse: sed maximum: & scire se nihil præter hoc ipsum quod nesciret: eos itē qui præcocia multi emerēt desperare aiebat se ad maturitatis tempus peruenturos. Rogatus aliquando quænam sit iuuenis virtus: nihil nimis inquit: geometriæ cousque dandam operam monebat: quoad quisque possit terram mensura accipere & dare. Euripide vero de virtute ita disserente: vt diceret præclarum ēē temere hanc dimittere surgens egressus est: ridiculum esse dicēs mancipium si non inueniatur: dignū inquisitione iudicare: virtutem vero passum perire permittere. Interrogatus vtrū melius eēt vxorem ducere necne: vtrūuis horum inquit egeris pœnitētia incesset. admirari dicebat cur hi qui lapidea signa sculperēt summa ope niterētur: vt lapis homini q̄ simillimus euadat. se ipsos curare negligerent ne similes lapidibus & videantur: & sint. Hortabatur & iuuenes: se iugiter in speculo intuerentur: vt si quidē formosi essent: digni ea specie fierēt: sin autem deformes eam deformitatē eruditione protegerēt. Cum vocasset ad cœnā diuites: & xātippē modici puderet apparatus: bono inquit esto aīo. Nam si quidem modesti erunt frugi mēsam haud quaq̄ aspernabūtur: sin autē intemperantes nulla nobis de hisce cura erit. Aiebat alios hoīes viuere vt ederēt: se ideo edere vt viueret. Ad hæc vulgus ignobile & imperitam amplectētem plebem idē ferme facere dicebat: ac si quis singulos nummos reprobaret: congestum ex hisce cumulum vt pbabilem susciperet. Cum sibi dixisset Aeschines: pauper sum & aliud habeo nihil: me

ipsum aūt tibi do⁊an vero tu inquit non animaduertis q̄ mihi maxima tradis. Indignā
ti cuidam cur despiceret̄: cum summa rerꝫ .xxx. sibi arripuissent: ergo ne iquit pœniret
te Referēti q̄ illum Athenienses mori decreuissent: : & natura illos inquit. Hoc alij ad
anaxagoram referunt: dicēte sibi vxore iniuste morieris: an tu inquit iuste malles: cum
in somnis quendam sibi ista dicētem audisset. Tertia tephthie tempestas læta locabit.
Ait ad Aeschinem post diem tertium se moriturꝫ: qua die cicutam bibiturus erat. Apo
lodorus ei pallium præciosum obtulit vt in illo moreret̄: & ille quid inqt: num palliū
meum viuenti congruum fuit: Vita functo non conueniet̄ nuncianti sibi quendam se
maledictis incessere: bene ait loqui non didicit. Cum disruptam palij sui partem vertis
set Antisthenes & inspectandam omnibus dedisset: aspicio inquit per scissuram pallij
tuam vanitatem. Dicēti cuidam non ne tibi ille maledicit. non inquit: mihi enim ista nō
ad sunt. Dicebat expedire seipsum ex īdustria comicis exponere. Nam si quidem ea dī
xerint quę in nobis cottigenda sint emēdabunt. Sin alias nihil ad nos. Xanthippe cum
in eum prius conuicia & maledicta iaculata eēt Postmodum vero & sordidis aquis per
fudisset: non ne inquit dicebam xanthippem tonātem quandoq̄ pluituram. dicēti Al
cibiadi non esse tolerabilem xantippem adeo morosam: Atqui ait ego ita hisce iam pri
dem assuetus sum: ac si iugiter sonum trochlearum hauriam an vero tu nō toleras cla
more perstrepentes anseres: illo dicēte at mihi oua pullosq̄ pariunt: & mihi ait xantip
pe filios gignit. Cum pallium illa sibi in platea sustulisset monerētq̄ familiares iniurā
manu conserta vlcisceret̄. Præclare inquit vt nobis corrixantibus quisq̄ vestrum accla
mare pergat: Eia Socrates Eia xantippe asperioris ingenij: vxori ita congrediendū mo
nebat: vt equis animosis equites: Cæterum sicut illis cum hos se subegerint: reliqui fa
cile cedunt: ita & mihi post xantippes vsum: reliquorꝫ mortalium facilis toleratio ob
ueniet. Ista & huiusmodi gerens quottidie & dicens: pythie testimonio laudatus ē: quę
chærephonti id oraculum edidit: quod in omnium ore ē: quo. s. mortalium omnium
Socrates sapientissimus prædicaretur: ex quo magna in illum inuidia conflata est: pręter
eaq̄ q̄ eos qui se ipsos magnificarēt & ęstimarent quasi stolidos & insensatos arguis
set: eorum ex numero anytus ē: sicut in mēnone plato ait. is enim a Socrate rideri senō
ferēs: primum quidem aristophanem aduersus illum inuexit atq̄ in eius maledicta ꝓ
uocauit. Postmodum vero melitum etiam induxit: vt illi crimen impietatis adolescen
tiumq̄ corruptiones obijceret. Et melitus quidem ad iudices illum accusauit: sniam vt
ro Polyectus dixit: vt ait Fauorinus in omnimoda historia: orationem Polycrates so
phista scripsit: vt Hermippus refert siue vt quidam volunt anytus: præparauit autem
omnia Lycon orator. porro Antisthenes in philosophorꝫ successionibus: & in apolo
gia Plato tris illum accusasse tradunt Anytum Lyconem ac Melitum: Anytum qui
dem opificum ciuiliumq̄ partes tuentem: Lyconem oratorꝫ Melitum vero poetarū
q̄ eos omnis carperet Socrates. Fauorinus in primo commentariorum veram non eē
Policratis in Socratem orationem tradit: quod in ea facta sit mentio murorum a Ce
none instauratorum: id vero factum constat sexto anno post mortē Socratis: sic an
tem se habet. Enimuero causæ ipsius conuitatio hoc mō gesta est. Seruatur enim ha
ctenus inquit fauorinus in metro. Accusauit melitus meliti filius pittheus Socratem
Sophronisci filium alopecensem de hisce criminibus: iura violat Socrates quos ex ma
iorum instituto suscepit Ciuitas deos esse non æstimans. Alia vero noua dæmonia in
ducens. Contra ius & fas iuuenes corrumpit: pœna illi mors. Philosophus vero cum
sibi lysias quam ꝓ se scripserat apologiam recitasset: bona inquit & preclara est oratio

lysia mihi tamen minus congruit. Erat.n.illa plurimum iudicialis:q̃ vt philosopho cõ
uenire videret̃. Percontãti lysiæ cur si bona esset nõ sibi congrueret oratio:non ne iquit
& indumenta & calciamenta speciosa esse possent: neq; tñ mihi conuenire: Cũ vero iu-
dicium ageret̃: ascendisse platonẽ in suggestum refert iustus tiberiensis in stẽmate ac di
xisse:minor natu cum sim viri athenienses his oĩbus qui tribunal ascenderunt: interpel
latumq; a iudicibus reclamãtibus descende. Damnatus igit̃ est iudicũ ducẽtis.lxxx.&
vna sententijs. Tractantibusq; iter se iudicibus quid illũ potius conueniret pati an pen-
dere:viginti & quinq; dragmas solutuꝝ se dixit:q̃q̃ eubulides centũ esse pollicitum di-
xerit. Veꝝ tumultuantibus iudicibus:eoꝝ inquit gr̃a quæ a me gesta sunt:censeo me
in prytaneo publice ali. Tum illi adiectis alijs.lxxx.sentẽtijs morte illum damnant:&
cõtinuo coniectus in vincula post paucos dies venenũ bibit: multa prius de ĩmortalita
te animoꝝ:ac præclara differens:quæ in phædone Plato digessit: pæana quoq; illũ scri
psisse pleriq; autumãt: cuius est initiũ: Delie apollo salue:simulq; Diana pueri glorio-
si.porro Dionysodorus pæana illius non esse memorat.fecit & æsopiam fabulam non
multum cõposite:cuius initium est: Aesopus hæc retulit & cætera:atq; in hunc modũ
Socrates excessit e vita. Atheniensibus eius facti tñ pœnitentiæ incessit mox: vt palæ-
stras & gymnasia clauderent & alios quidem exilio: Melitũ vero morte damnarẽt.so-
cratem aerea imagine publice honorauere:quã a lysippo perfectã in vrbis celeberrimo
loco statuerunt. Anytum ipsa die reuertẽtem Heracleæ exterminarũt: passi sunt hæc
athenienses non mõ in socrate: verũ & in alijs viris illustribus permultis. Namq; vt ait
Heraclides homeꝝ veluti insanientem dragmis.l.mulctarunt: tyrtæumq; mentis im
potem dixerunt & astydamantẽ primum ex ludo æschyli sapientissimũ aerea imagine
honorauerũt: Eis Euripides quoq; id exprobrat in Palamede innocuamq; musam inse
ctatos clamans. Enimuero philochorus Euripidẽ ante Socratem obijsse tradit. Nasci
tur Socrates vt ait Apollodorus in chronicis sub apsephione septuagesimæ & septime
olympiadis anno quarto Thargelionis mẽsis sexta: quo die lustrauit Atheniẽses Ciui-
tatem Dianamq; natã Delij tradunt. morit̃ primo anno nonagesimæ quintę olympia
dis.lxx.etatis anno. eadẽ ferme Demetrius Phalerius ait. Sunt qui sexagenarium obijs
se referant: vterq; vero Socrates & Euripides Anaxagorę auditores fuere. Porro Euri-
pides primo anno septuagesimo olympiadis sub calliade ortus ẽ: Videtur autem mi-
hi socrates & de naturalibus disseruisse: quando quidem & de prouidentia plerumque
disputat: vt xenophon ait: & certe cum de mortalibus tantummodo verba eum fecisse
asseueret. Sed & plato in Apologia mentionem Anaxagorę faciens aliorumq; physi-
coꝝ:q̃ Socrates negat: de his dicere ipse cõprobat̃: & quidem cum sua oĩa socrati sem
per attribuat. Refert Aristoteles magnũ quẽdam ex Syria ꝓfectum Athenas Socra
tem pluribus i rebus reprahendisse: violentãq; illi mortẽ futuram prædixisse.

¶Est nostrum in illum epigramma istiusmodi.

Nunc bibe: nam vere sapientem dixit Apollo:
Socrates illustris & deus est sophia.
Ciuibus ingratis data sunt tibi dira venena.
Ast illi hauserunt protinus ore tuo.

Bibe nunc illustris Socrates: Cecinit nam vere sapientemq; dixit deus: at deus sapien-
tia. Nã venenum quidem a ciuibus ingratis accepisti: sed id illi tuo ore ebiberunt. Fu-
it eis vt refert Aristoteles tertio de poetica: cũ Antiocho lẽnio & antiphonte contentio
quẽadmodũ & Pythagoræ cũ Cydone & Onata. viuentiq; Homero cũ Sagari: vita

functo cū xenophane memorato colophonio: Hesiodo item viuenti cum cecrope: defuncto cum xenophane memorato: Pindaro cum Amphimene coo: thaleti cum Pherecyde: Biantiq; cum Salyro Prienæo: Pittaco cum Antimenide: & alceo: Anaxagoræ cum Sosibio. Simonidæq; cum Timocreūte. Sed enim ex his qui successere socrati appellanturq; socratici: nobilissimi sunt Plato: xenophon & Antisthenes. Ex his vero qui decem dicuntur: clarissimi fuerunt quatuor Aeschines: Phædon: Euclides: & Aristippus: primo igitur dicendum de xenophonte: deinceps de Anthisthene inter Cynicos: tum de socraticis: atq; ita demum de platone qui & decem sectarum princeps est: primamq; academiam ipse constituit. Hic ergo successionis est modus. fuit & alius socrates historicus qui argos diligenter descripsit: alius item peripateticus Bithynus atque alius poeta epigrammatum: & alius Cous qui deorum precationes inuocationesq; cōscripsit.

Xenophon.

x Enophon Grylli filius atheniensis: pago archieus fuit. Erat aūt verecūdus: & vltra q̄ dici possit speciosus. Aiūt eum cū Socratem in angiporto quodam habuisset obuium: Porrecto ab eo baculo trāsire ꝓhibitum: percontāti vero vbinā venirent quæ humanis vsibus accōmodata sunt singula cum ille respondisset: rursus vbi nam boni ac ꝓbi. hoīes fierent rogare perrexit. Ad hæc hærente illo dixisse ei Socratem: sequere igit̄ & disce. ex eo socratis auditor factus primus oīum quæ dicebant̄ notis excepta in publicum ædidit cōmentaria inscribens: primusq; philosophorū scripsit historiam: Hunc adamasse cliniam Aristippus in quarto de antiquis delitijs meminit: atq; ad eū hæc dixisse. Nam nunc ego cliniam gratius intueor: q̄ cætera oīa quæ sunt inter homines speciosa & quæ sunt dulcia hoībus: cecusq; mallem ad cætera fieri dū vnici cliniæ conspectu fuerer. Angor noctu & in somnis q̄ illū non video: diei ac soli gratias ingentes ago q̄ cliniæ mihi faciē reuelant. In Cyri amicitiam hoc mō venit: erat illi familiaris qdem ꝓxenus nomine. Boetius genere: discipulus Gorgiæ leontini cyroq; cognitus & carus: is apud Cyrum Sardis morabat̄. Scripsit. aūt xenophonti epistolam athenas accersens illū & Cyro amicū fieri suadens hanc ille socrati ostendit: consilium q; flagitabat. Eū ille delphos misit: in ea re dei consilio vsurꝰ. Paruit xenophon: profectusq; ad eū. rogat num pergere ad Cyrū debeat necne: sed quo pacto ire: qua in re Socrates illum & si modice insimulabat proficisci tñ monuit. vbi aūt ad cyrum venerat: ita se illi insinuauit: vt non minus illi amicus carusq; fuerit q̄ proxenus: & alia quidem oīa quæ in ascensu Cyri ac descēsu cōtingere nobis ipse diligentissime tradidit. Inimicitias aūt aduersus Menonē pharsaliū grauissimas exercuit: qui fuerat ascēsus tempore Peregrini militis ductor: cui inter cætera maledicta & illud obiecit maiorib9 illo se vsū amasijs. Apollonidi item cuidam exprobrauit: perforatis esse eū auribus dicens: post ascēsum vero & ponticas clades fœderaq; a Scutho odrysorꝫ rege violata: se in asiā contulit ad Agesilaum lacedæmoniorꝫ regem: Cyriq; milites illi sub mercede præstitit: ac se illi penitus deuouit: amicissimusq; fuit. Quo tēpore q̄ laconicas partes tueri videretur: exilio dānatus ab atheniensibus est: profectus deinde ephesum dimidium auri q̄d secum tulerat Megabyzo Dyanæ sacerdoti seruādū tradit quoad reuerteret̄. Sin aūt statuam ex eo cōfectam deo cōsecrare iubet ex dimidio reliquo donaria in Delphos misit: inde cū agesilao in græciam ad bellum cōtra Thebanos ꝓfectus est lacedæmonijs cōmeatum illi suppeditantib9. Hinc iam omisso agesilao in agrum Heleæ scillontem venit ab vrbe paruo spacio disseparatū. Sequebat̄ aūt illum & muliercula Philesia nomine: vt refert Demetrius magnesi9: & duo liberi Gryllus: ac Diodor9: vt ait Demet

chus in libro de repudio aduersus xenophontem: qui ẽt gemini vocati sunt. Aduenien
te vero megabyzo sub occasione publice festiuitatis receptis pecunijs prędium emit &
deæ cõsacrauit: quod amnis interfluit Selenus ephesino fluuio æquiuocus. Hinc iam
venationibus istabat: amicis cõuiuia faciens historiasq; cõscr bens: Refert Demarchus
lacedæmonios illi domũ agrumq; dedisse. Philopidam preterea Spartiatam aiunt ad
eum illuc dono misisse, mancipia ex dardania captiua abducta: ipsumq; arbitrio suo il
la disposuisse: quo tempore elienses in Scillonta cũ exercitu ꝓfectos lacedæmonijs re-
morantibus agrũ cepisse Tum vero xenophontis liberi rum paucis seruis clam se sub-
ducentes in lepræum cõcessere. xenophon quoq; ipse, in elim primo: postmoduro in le
præum ad filios venit: atq; inde cũ illis Corinthum profectus: illic postea domicilium
habuit: Interea cum decreuissent athenięses afflictis lacedæmoniorum rebus opitula-
ri: filios athenas militaturos ꝓ lacedæmonijs mittit: apud Spartanos quippe instituti
fuerant: vt refert Diocles in vitis philosophorum: ex ea pugna Diodorus nullo praecla
ro faciore illustris euasit eiq; filius ex fratris nomine fuit. Porro Gryllus iter equites for
tissime dimicans: erat aũt ea pugna circa roantiniam honesta morte defungitur magi-
stro equitum Cephisodoro: & imperatore exercitus agesilao: vt ait Ephorus in quinto
& vicesimo historiaꝝ libro: in ea dimicatione epaminundas Thebanorum dux cecidit.
Ferẽ xenophon coronatus sacrificasse: & cum filium corruisse didicisset: coronam de-
posuisse. vbi vero acriter pugnantem oppetisse comperit: eam rursus capiti imposuisse.
Sunt qui illum ne lachrymatum quidem dicant: solumq; dixisse: sciebam me genuisse
mortalẽ. Refert Aristoteles Gryllj laudes: & epitaphia: tunc înumeros scripsisse: par
tim vt eius virtus celebris fieret: partim item vt patri gratificarent. Socratẽ item Gryl
li laudes cõscripsisse Hermippus testis est, in libro de vita Theophrasti. Timon eum vt
solet: carpit. Hæc vita xenophontis fuit: florebat roaxime quarto anno nonagesimę &
q̃rtæ olympiadis: ascẽditq; cũ Cyro sub pricipe xenęneto ãno vno ãte Socratis mortẽ.
Obijt ãt vt ait Stesiclides athenięsis in descriptõe principũ & olympiõicũ ãno p° cẽtesi
mę q̃ntę olympiadis: sub pricipe Callide mede sub quo & philipp9 amyntæ filius ma
cedonius regnabat: Obijt corinthi: vt ait Demetri9 magnesi9 ad maturã iã ꝓnect9 se
nectutem vir ꝓfecto cum in cæteris præstans & bonus: tum equoꝝ venatiõisq; ac disci
plinę militaris in primis studiosus: vt ex libris suis intelligi dat. Religiosus preterea &
sacrificiis intentus: ex eoq; fibras dijudicare doctus & Socratem ad unguem imitatus.
Scripsit aũt quadragita libros: alijs aliter eos diuidẽtibus ascensum Cyri cuius per sin
gulos libros: non aũt totius operis prohemium fecit. Cyri instructionem: Cyri pędã:
græcas res & cõmentaria symposiumq; : & œconomicum: & de equestri: & de venatio
ne. Hippachium præterea & Socratis apologiam & de feminibus. Hieronem quoq;
siue Tyrãnicum: agesilaumq;: & athenienfium ac lacedæmoniorum ciuilitatem: quã
non eam xenophontis Demetrius Magnesius testatur: ferẽ & Tucididis libros eaten9
latẽtes cum subducere posset: ipse prior in eius viri gloriam in lucem dedisse. Appella-
batur aũt musa attica: pro dulcedine eloquij & incredibili facilitate. Quo circa & se in-
uicem ipse ac Plato emulabant. vt suo loco cum ad Platonẽ venerimus dicemus: Sũt
autem & in hunc nobis epigrammata sic se habentia.

Non solum ad persas xenophontem ascendere cyrrus.
Fecit at ille iouis siquis agat repetit.
Namq; fuit ostendens doctrinæ dogmata græca,
Socrati atq; bonum quam meminit sophia.

¶ Aliud vt mortuus est.

Cecropis & cranei xenophon si ciuibus actus
In exilium es: amici gratia cyrri.
Hospitis excepit: sed te studiosa corinthus.
Sic placet illic & manere nouisti.

Inueni alibi claruisse illũ circa octogesimam & nonã olympiadẽ vna cum Socratis ce
teris: Istrus aũt asserit illũ ex decreto eubuli exulasse: eiusdemq; postea snia redisse. Se
ptem vero fuere xenophontes: primus hic ipse: secundus Atheniensis pythostrati illius
frater: qui Theseidos poema cõposuit: q inter caetera Epaminũdae quoq; vitam cõscri
psit: ac Pelopidae. Tertius Cous medicus. Quartus q Hannibalis historiam scripsit.
Quintus qui ꝓdigia fabulosa cõmentus ẽ. Sextus Parius sculptor egregius: Septim⁹
antiquae comoediae poeta.

¶ Aeschines.

Eschines charini lucanicas vendẽtis siue vt volũt lysamae filius atheniẽsis a pue
a ro mirae indolis: laborumq; patientissimus fuit. Quo circa & a Socrate nunq̃
discessit. atq; ideo Socrates de illo dicere solebat: solus nos honorare nouit Ae
schines. Hunc Idomeneus tradit in carcere fugam Socrati suadere tentasse: non Crito
nem: verum Platonẽ cum amicior esset Aristippo Critoni verba illa accommodasse:
vocatur in ius aeschines & imprimis a Menedemo eretriẽse: quod Socratis nomine dia
logos complures iuexerit: quos a xanippe se accepisse memorabat: ex quibus illi sunt
qui vocant acephali nimium flaccidi: nec socraticam robustitatem aut copiam praefe
rentes: eos tamen aeschinis nõ esse Peristratus ephesius asserit: sed & plures ex septena
rio illo numero perseus refert pasiphontis eretrici esse: atq; ab eo aeschinis insertos libris:
antisthenes quoq; paruum Cyrum: & minorem Herculem: & alcibiadem caeterosq;
libros ab eo fuisse compilatos. Sunt autem aeschinis dialogi qui socraticum exprimũt
morem septẽ isti: Primus Milciades: ideo quodãmodo imbecilior est: deinde callias:
cum axiochus: aspasia: alcibiades: Telauges: & Rinon: aiunt ipsum inopia adactum
venisse in siciliam ad Dionysium: atq; a Platone despectũ ab aristippo fuisse illi cõmen
datum: ibiq; ꝓ illis dialogis quibusdam accepisse munera: demum athenas reuertisse:
ibiq; minime philosophari ausum q illic Platonis & Aristippi esset clarissimũ nomen:
auditores sibi sub mercede quaesiuisse: deinde in defensionem innocentium se ad scriben
das orationes iudiciales conuertisse: atq; ideo Timonem de illo dixisse referũt: q in per
suadendo potẽs fuerit. Aiunt illi dixisse Socratem cum premeret inopia vt a seipso vsu
ras exigeret sibi subducendo cibaria. Huius dialogos Aristippus ẽt suspectos habuit.
Denique dum eos Megaris legeret reprehẽdisse ferunt: ac dixisse vnde tibi ista latro: re
fert Polycritus mẽdesius in primo de Dionysio vixisse illum cum Tyrãno iugiter quo
ad tyrãnide exciderit: & vsq; ad Dionis in Syracusas reditum: cum illo asserens & Car
cinum comicum fuisse: fert & eius ad Dionisium epistola. Erat autem in arte oratoria
maxime exercitatus: vt ex ea oratione quam ꝓ defensione patris Phaeacis magistri mili
tum scripsit: & ex eo q gorgiam leontinũ imitatus est maxime constat. Scripsit ãt &
Lysias orationem contra illum: quam inscripsit de calũnia Ex quibus profecto liquet
oratorem praecipuum fuisse: erat ei & familiaris quidã Aristoteles nomine cognomen
to mythus. Panaetius omnium Socraticorũ veros esse dialogos censet: Platonis xeno
phontis: antistenis: aeschinis: de phaedonis tantum & euclidis ambigit: caeteros damnat.
Octo aũt fuerunt hoc nomine. Primus hic ipse. Secũdus qui artem oratoriam scripsit.
Tertius orator Demostẽis aemulus. Quartus arcadia ꝓfectus Socratisq; discipulus.

Quintus Mitylenæus: quē & flagellū oratoꝝ vocabāt. Sextus Neapolitanus academicus philosophus melādrij rhodij discipulus ideoq; pædica. Septimus milesius ciuilis scriptor. Octauos Statuarius.

Aristippus.

Ristippus genere Cyrenaicus fuit: ꝓfectum vero athenas Socratis fama per
a citum æschines tradidit. Is vt ait phanias peripateticus eresius primus Socraticoꝝ mercedem exegit: & quæstu phantus ē magistroq; pecunias mittebat: cui cum aliqñ. xx. minas misisset: ille eas continuo remisit asserens deum id sibi nō permittere. Displicebat id quippe Socrati: Xenophon quoq; aduersus eū in festo fuit aīo. Quocirca & librum cōtra voluptatem in Aristippum scripsit assertorem voluptatis: eamq; Socrati disputationē assignauit. Theodorus quoq; in libro de sectis illum contumelijs agit: & Plato in libro de aīa sicut in alijs memorauimus. Erat aūt ei ingenium facile: & congruere loco tpi personæ nouerat: omnemq; conuenientiæ simulare rōnem. Quamobrē & Dionysio plus cæteris ꝓbabatur: quia ad oē quod emergeret bene affectus instructusq; videret. Nam vt percipiebat præsentiū voluptatem: Ita vt absentib9 frueret non laborabat. Vnde & Diogenes ipsum regiū appellabat canē: cumq; timon vt nimis delicatū acriter mordet. aiunt illū aliqñ iussisse perdicem quinquaginta drachmis emi. Tantū luxuriæ grauiter ferenti cuidā respondisse. tu istā obolo non emeres: & cū annuisset ille: mihi vero inqt quinq̄ginta drachmæ tm̄ valent. Tres formosas meretrices ei in conspectum dati aliqñ Dionisius iussit: cumq; q̄ ex illis vellet eligere: Tū ille tres simul abduxit: dicēs neq; paridi tutū fuisseq; vnam prætulerit cæteris. Eas igr ad vestibulū vsq; deduxit: ac dimisit: adeo erat & in eligēdo & incontenēdo facilis: Iō q; stratonē siue vt alij volūt Platonē ad eum dixisse tradunt: Tibi soli & clamidem & pannū ferre datum ē: consputus a Dionysio modice tulit: eā iniuriam cū quidam ęgre ferret piscatores inqt vt gobiū rapiant: mari patiunt aspergi: & ego vt balenū accipiā: nō patiar excreatiōe respergi? Prætereuntem qñq; Diogenes olera abluens obiurgauit & dixit. Ista tu si parare tibi didicisses Tyrannorū aulas nō adeo fœdus assentator adires. Tu vero ait ille si qdem conuersari cum hoibus scires: olera ꝓfecto non lauisses. Interrogatus qd nam sibi ex philosophiæ studijs quæsisset. Posse iquit oibus fidenter loqui. Cum ꝓbro sibi daret q; præciose & exqsitissime viueret: si vituperandū ait hoc esset: in celebritatibus deoꝝ profecto nō fieret. Rogatus aliqñ quid habent amplius philosophi: si oēs inqt leges interiant similiter viuem9. Percontāti dionysio cuius rei grā philosophi diuitū limina terant: philosophoꝝ vero diuites nō ita: q; illi inqt sciunt quibus idigent: isti nesciunt. Interrogatus quo differant docti ab indoctis? quo inqt domiti equi ab indomitis. Ingressus aliqñ meretricis cellulam: cū erubesceret quidam ex his qui cū eo erant adulescētibus: non inquit ingredi non posse turpe est. Cum a quodam sibi ꝓpositum esset. Enigma & vt solueret iportune ab eo ipso qui ꝓposuerat requireret: quid inquit: O stolide vis vt soluā: quod et inuolutum nobis negocia præbet? Melius esse dicebat mendicum euadere q̄ imperitum. Ille.n. pecunijs: hic humanitate indiget. Cum aliqñ conuitijs ageretur abibat: insectatore vero ꝓsequente ac dicente cur fugis? qm̄ inquit maledicendi tu potestatem habes: ego audiendi? indignanti cuidam: ac dicenti: philosophos cerneret semper obsidere diuitum fores: & medici inquit languentium ianuas frequentāt. Non tm̄ ideo quispiam īfirmari mallet q̄ mederi. Corinthum nauigabat aliqñ & cum tempestate iactaretur turbari cœperat: in ea perturbatione cuidam insultanti ac dicēti. Nos imperiti non metuimus: vos philosophi cur

trepidatis? non. n. inquit de eadem aut simili aīa vtriusq nostrū cura & metus in cibum gloriant cuidam quod multa didicisset: ait sicuti non hi qui plurima comedunt & exercent melius valent q̄ qui sumunt necessaria: ita non qui plurima: sed qui vtilia legerunt studiosi habendi sunt & eruditi: oratori qui causam p se dixerat & vicerat: sciscitāti quid te adiuuit Socrates? hoc inquit vt oratio quam pro me & de me habuisti: vera sit? Arctam filiam præclaris monitis instituebat docens esse nimietatis contēptricem.

Rogatus a quodam quonā melior euasurus esset filius: si erudiretur: & si nulla inquit alia in re certe: vel in theatro nō sedebit lapis super lapidem: cum sibi quidam commendasset filiū quingentas postulauit Dragmas: cui ille cum diceret tanti emere mancipium valeo. Eme inquit & habebis duo. Pecuniam se ab amicis accipere dicebat: non vt ipse vteretur: sed vt scient illi quas ad res pecuniis vti cōueniat. Probro illi semel obijcientibus cur in cā propria conduxerit rhetorem: atqui inquit & cocum dum cœnam facio conduco: cogente aliqn̄ Dionysio vt aliquid ex philosophia loqueret: ridiculum ait ē. si quidem me vt loquar interrogas & qn̄ loqui oporteat ipse me doces. Ad hæc indignatus Dionysius extremum oīum fecit accūbere. Sed ille illustrem inquit hunc locū fieri & apparere voluisti. Gloriabat quidam: ac sibi aplaudebat de natādi peritia: ad quem ille non erubescis inquit in his quæ delphinis ppria sūt gloriari. Interrogatus quid differat sapiens ab insipiēte: mitte ait ambos nudos ad incognitos & disces. Exultanti cuidam q multum bibens non inebriaret: hoc inquit ēt mulus facit. Ad eum qui q meretrici cohabitaret arguebat. Dic age inqt nunquid differat eā domum accipere quā multi aliqn̄ inhabitauerint: aut quā nemo? Negante illo quid inquit. Nū differre putas ea naui ferri in qua numeri sæpe nauigauerint: siue in qua nullus? Minime iquit ille: nū ergo inquit differt. vtri mulieri congrediare ei: quæ neq multis fuerit exposita: an ei quæ nullis? Culpatus cur ex Socratis disciplina veniens pecuniā acciperet: & merito inquit. Nam Socrates cū sibi plærique mitterēt triticū & vinum: paucis in suos vsus reseruans: remittebat reliqua: habuit quippe ille penuarios Atheniensium principes: Ego aūt Eutychidē Emptitiū seruum. Vtebat & Laidæ meretrice: vt refert Sotion in secundo successionū libro qua ex re cū sugillaret a plurimis habere se Laidē: respondit non a Laide se haberi. Nā continere se a voluptatibus: neq eis manus dare præclarū esse: nō earū sibi vsum interdicere. Exprobrantē sibi lautiores & delicatiores cibos hac ratione compescuit: tu inquit ista tribus obolis non emeres? Fatente illo: non tā igit inquit ego voluptati studeo q̄ tu auaritiæ: ostendebat ei simus Dionysij questor magnifice instructas ædes & pauimenta præciosa. Erat āt Phryx: tum ille sputa quam maxime potuit ei in faciem cōiecit. Indignante illo nō habui inquit opportuniorem locum. Charonidæ siue vt quidam volunt phædoni interroganti quisnam esset vnguentis delibitus: ego inquit infœlix & me infœlicior Persarum rex. Cæterum vide ne vt cæteræ animantes ppterea nihil sui iuris amittunt: sic ne homo quidem. Mali vero male pereant Cynædi: qui vnguenta præciosa nobis exprobrant. Platone magnifici illū apparatus & præciosæ supellectilis insimulante. Num ait bonus tibi Dionysius videt? fatente illo: atqui viuit inquit ille q̄ ego magnificentius. Nullo igit impedimento est ad bene viuendum lautior victus. Interrogatus quomō Socrates obisset dicto? vtinam inquit sic ego. Intrauit ad illum aliqn̄ Sophista Polyxenus intuitusq mulieres cōpositas & magnifice instructū conuiuium accusare luxū eiusmodi accœpit. Continuit se ille modice: ac demū potes ne inquit hodie nobiscū esse? Et cum ille annuisset? cur ergo iquit

quæreris? nempe enim certum est te non delicatiorem mensam accusare: sed sumptũ. Gestabat eius famulus in itinere pecuniam: & cum premeretur onere effunde ait quod nimis est: & fer ea quæ præuales. testatur id Bion: cum aliquãdo nauigaret didicissetq; nauem esse pyraticam: acceptum aur numerabat: deinde quasi imprudẽs & inuito lapsum e manibus iactauit in mare: ingemuitq; grauiter. Sunt qui illum & hæc dixisse memorent: melius est vt hæc ab Aristippo: q̄ Aristippus propter ista pereat. Interroganti Dionysio ad quid venisset? vt inquit quæ habeo impartiar: quæ nõ habeo accipiam. Alij sic eum respõdisse referũt: quando sapientia egebã Adij Socratem: nũc pecuniarum egens ad te veni. Arguebat maxime homines q in auctionibus quidẽ vasa inspicerent: vitam vero nequicq̄ probarẽt: hoc alij Diogenis fuisse volũt. Iusserat aliquãdo Dionysius in conuiuio vt singuli in veste purpurea saltarent: id Plato renuit dicẽs non posse induere fœmineam vestem. Sumptã vero Aristippus se induit: & cum saltare inciperet: proprie prompteq; dixit. Et inter bacchanalia pudicus non corrumpitur. Orabat aliquando pro amico dionysium: & cum repelleret ad pedes eius corruit: id factum cũ argueret quispiam non ego inquit in culpa sum: sed dionysius: qui aures habet in pedibus: morabatur in asia: & cũ ab Artapherne satrapa fuisset cõprahẽsus: interrogatus a quodã an ibi confideret: quasi vero inqt. O stulte magis vnq̄ fidẽs fuerim q̄ mõ sum. Allocututus Arthapherneẽ eos q liberalib9 imbuti disciplinis philosophiã neglexissent Penelopes aiebat procis esse simillimos: illos. n. & Melantho & Polydoram & ancillas alias cũctasq; potius habere q̄ dominæ suæ nuptias sperare potuisse. Simile quiddã & aristo dixisse ferẽ. Vlyxem quippe cũ descẽdisset in infernũ mortuos fere vidisse oẽs: allocutũq; eẽ. Reginã vero ipsam ne videre qdẽ potuisse. Aristippus vero rogatus quænã iuuenes oporteat discere: ea inqt q̄ viris vsui futura sũt. Exprobrãti cuidã cur a Socrate ad Dionysiũ se cõtulisset: atqui inqt ad Socratem disciplinæ indigens profectus sum: ad Dionysiũ aũt pecuniæ egenus veni. Multas iã pecunias consecuto cũ diceret Socrates: vnde tibi tam multa? Ille inqt vnde & tibi pauca. Dicẽte sibi scorto ex te cõcipio. Nõ inquit hoc magis nosti q̄ si per spinas dẽsissimas pergens dicerem posses ista me pupugit. Causanet quodam cur filium quasi nõ ex se natum proijceret. An vero inquit ignoramus & pituitam & pediculos ex nobis gigni? quę tamẽ velut mutila q̄ longissime proijcimus. Cum a Dionysio pecuniã ipe. Plato librum accepisset. Insimulãte se quodam ego inquit pecunijs indigeo. Plam libris: percõtanti cui9 tua gratia se Dionysius argueret: eius ait cuius illũ arguunt cæteri: postulabat pecuniam a Dionysio: & ille dixisti inquit nõ egere sapientem. Da inquit ille & postea de his quæramus: & cũ dedisset: vides ne ait me non indigere. Dicente ad eum Dionysio qui enim ad Tyrãnum proficiscitur illius est seruus q̄uis liber fuerit. Non est inquit seru9 si liber venit. hoc diocles fert de vita philosophorũ libro. Alij Platonẽ id dixisse tradũt. Iratus eschini non multo post redibimus ait in gratiã: neq; delirare desistemus. Num expectabis quoad quippiã de nobis scurra loquat ad Calicem? Et ille grato iquit aio. Meméto ergo ait Aristippus q ad te cum maior essem natu prior accessi. Et æschines recte iquit per Iunonem dixisti: nam me multo pfecto melior es: ego. n. inimicitiarũ: Tu amicitiæ princeps fuisti. Et ista quidẽ de illo referũtur. Fuerũt aũt aristippi quattuor. Primus iste de quo nobis sermo est. Secũdus qui archadiæ historiã scripsit. Terti9 qui q a mr̃e doctus eẽt metrodidactos dictus est prioris nepos filiæ. s. fili9. Quartus e noua Academia profectus. Huius autem Cyrenaici philosophi libri isti memoran-

tur tres historiæ libyeæ libri ad Dionysium missi. Dialogi. xxv. Alij quidē attica: alij vero dorica locutione scripti. Sunt autem hi artabazus ad naufragos: ad fugitiuos ad pauperem: ad laidem: ad poꝝ: ad laidem: Itē de speculo Hermias: in somnium ad eū qui prçerat poculo. Philomelus ad domesticos: ad increpātes cur vetustum vinū scortaq; possideret. Ad vituperantes q̄ magnifice instrueret mēsam. Epistola ad Aretem filiam: ad eū qui seipsum exercebat in olympia intertogatio: alia interrogatio chriate cessitas ad Dionysium: alia de imagine: alia de Dionysij filia ad eum qui arbitrabatur se cōtempni & ignominiæ haberi. ad eū qui consulere moliebatur. Plerīq; illum & diatribarum sex libros explicuisse asserunt. alij penitus scripsisse negāt: ex quibus est Sosicrates rhodius. Porro & Sotion in secūdo & panætius hæc illum scripsisse referūt videlicet de disciplina de virtute exhortatorius artabazus naufragij fugitiui diatribarū libri. vi. necessitatum libri tres ad Laidem: ad Poꝝ: ad Socratem de fortuna. Finem vero declarauit lenem motum ad sensum emanātem. Age vero quoniam ipsius vitā descripsimus. Nūc eos qui ab illo fluxere Cyrenaicos suo ordine ꝓsequamur. Ex his alij quidem hegesiacos annicerios alij: alij Theodorius seipsos appellauere. Sed & illos nihilominus quia phedone manarūt: ex quibus Eretricos nobilissimos dixere. Sic autē illos: seriem recenseamus: Aristippū audiuit aretæ filia & æthipos Ptolomæus & Cyrenæus antipater. Aretæ vero auditor fuit Aristippus metrodidactos cognominat9. eius vero Theodorus primo atheos. deinde Theos appellatus est. Antipatrum Epitimedes Cyrenæus audiuit. eius parabates auditor fuit: parębatis Hegesias qui pisithanatos est dictus & amiceris: a quo Plato redemptus est. At. n. qui Aristippi instituta seruauere: & ab illo Cyrenaici sunt appellati hisce opinionibus vtuntur. Duas perturbationes ponunt dolorem & voluptatem: voluptatem lenem motum: dolorem vero asperum motum appellantes: nihil differre a voluptate voluntatem: neq; plus altera mulcere alteram: atq; illam quidem cunctas animātes: hunc adiscere: hunc aūt aspernari. Voluptatem autē corporis intelligunt: quam & finē esse dicūt: vt etiam Panætius in libro de sectis tradit: nō eam quæ in statu sit: & doloris priuatione consistit: & veluti a turbatione omni quietem agit: quam suscepit Epicurus finemq; constituit. Videtur autem eius finis a beata vita differre: finem quippe esse particularem voluptatē beatam autē vitam siue fœlicitatem voluptatum particularium cōstare cōuentu: quibus & præteritæ cōnumerantur & futuræ. Particularem quoq; voluptatem propter se eligēdam: felicitatem vero nō propter seipsam: sed propter particulares voluptates expetendam. Testimonio nobis esse finem habēdam voluptatem: q̄ a pueris hanc nobis natura conciliauerit etiam absq; iudicio rationis: & cum illa fruimur: nihil ampli9 inquirimus q̄q; nihil æque ad dolorem naturaliter fugimus: voluptatem præterea bonum esse etiam si a turpissimis proueniat reb9: vt ait Hippobotus in libro de sectis. Etsi enim fœda sit actio: voluptatem tamen per se ipsam eligēdam esse bonumq; constituendam Porro illa doloris amotio quam tuetur Epicurus eis non videtur voluptas esse neq; priuatio voluptatis dolor. vtraque enim esse in motu constituta: cum non sit motus doloris voluptatisque priuatio. Quippe doloris illa vacatio veluti dormiētis status est: posse quosdam aiunt voluptatem minime appetere per animi peruersionē non tamen omnes animi voluptates ac dolores in corporeis voluptatibus & doloribus fieri. Quippe qualibet simplici ex patriæ prosperitate siue priuata fœlicitate gaudium gigni: Immo ne ex memoria quidem seu expectatione bonoꝝ voluptatem perfi

edicunt quod placet Epicuro. Nam tempore motum animi effluere: ne solo quidem
visu vel auditu voloptates constare posse: quando & eos qui lamentata imittãtur: gra
te ac libenter audimus. veras aũt lamentationes ingrate atq; inuitunde. Porro priuati
onem huiusmodi aut uoloptatis aut doloris medios status appellabant. Lōge tamē
esse præstantiores corporũ q̃ animorũ uoluptates: deterioresq; corporis q̃ animi ango
res quo circa & his peccantes magis cruciari. Durius quippe dolere: lætari uero fami
liarius & gratius arbitrabantur. Quo cira & maior illis erat corporis cura quam ani
mi. Vnde com inde quodue constet eligendam uoluptatem: pleraq; tamen quæ sunt
efficientia quarundam uoluptatem: cũ sint molesta sæpe aduersari: ut difficillima eis
moderator uoluptatum cōgeries: quæ beatã uitã efficere oon posiit. placet autē eis neq;
sapientē semper in voluptate viuere: neq; rursus insipientē semper in dolore: verũ ma
iore ex parte sic vtrunq; affici. Satis autem esse siquis vel per vnã incidentē voluptatē
suauiter afficiatur: prudentiã quidē bonũ esse asserunt: non aũt propter se ipsam appe
tendã: sed eorũ gratia que oobis ex illa proueniunt amicũ necessitatis causa amplectē
Stela mea: vt multo lumine te aspicerem.
Iam dudum sydus lucebas viuentibus matutinū. ¶Item aliud:
Nunc hesperus fulges vita functus mortuis.
Iam dudum viuis fulgebas lucifer. ait nunc
Defunctus luces hesperus exanimis.

In dionem vero lachrymas quidem hecubæ atq; illiadibus mulieribus: fata dudū genitis debere: at tibi dion post gestas præclaras res dæmones effusas sustulere spes: iaces ecce in patria speciosa carissimus ciuibus. O meū in te animum qui excitasti dion: hoc illius tumulo inscriptum: syracusis tradunt Alexim insuper amasse: fertur & phędrum vt prædictum est: Inq; illos itidem eius constare epigramma.

Nunc quoniam nihil est quoquo se verterit omnis.
 Solum q̄ pulcher visus alexis ait.
Spiritus os canibus quid monstras: flereq; cogis:
 Posterius phædrum non ita perdidimus.

Archæanassā quoq; colophonia visum esse. quam ex eius constat epigrammate fuisse meretricem.

Archæanassa iacet meretrix colophonis in ore.
 Illius ægrote sedit acerbus amor.
Omiseri duxit quos sors inimica vagantes:
 In tam crudelem lumina ferre rogum.

Agathonem itidem venustæ formæ mulierem & in eam quoq; lasciua illius feruntur epigrammata.

Suauia dans agathoni animam ipse in labra tenebam:
 Aegra at enim properans tam q̄ abitura fuit.
Malo ego te ferio cape si sum gratus amator:
 Et me participem virginitatis habe.
Sin fieri dubitas hoc ipsum mente reuolue:

Suſcipiens formæ q̄ breue tempus ineſt.
Malum ego: me mittit qui te ſuccenditur vnus.
Annue xantippe linquit vtrunq; decor.
¶Aiunt & illud in eretrienſes ſagena cōpræhenſos epigramma ipſius eſſe.
Eubeæ nunc gens: ſed eramus crethria fuſi.
Condimur a noſtri nos regione procul.
¶Aliquę nonnulla.
Pieridas cypris cyprim ve coraſia amorem
Concelebrat vobis: aſt ego cinctus ero.
Ad venerem pulchram muſæ toca tolle præcamur.
Aliger heu nobis non volat iſte puer.
Depoſuit laqueos: aurum vir nctus: at aurum.
Non nactus laqueis triſtia culla ligat.

At vero molon hoſtili aduerſus illū animo nō id ait eſſe mirandū: ſi dionyſius corin-
thi: ſed ſi plato eſſet in ſicilia. Videt̃ & xenophon haud quaq̄ grata & amica in illū fuiſ
ſe volūtate: deniq; veluti contētionis ſtudio ſimilia ſcripſere Sympoſium Socratis de
fenſionē: cōmentaria moralia: Ad hęc ille de repu. hic Cyri ſcripſit infantiā: quā in ſuis
legibus plato fictā dixit: neq; n. eiuſmodi fuiſſe cyꝝ. Tum ambo cū Socratē ſemp ha
beant in ore: nuſq̄ repies ſui inuicē feciſſe mentionē. Semel tm̄ xenophon Platonis me
minit in tertio cōmentarioꝝ. Fertur & Antiſthenes cū eoꝝ quæ ſcripſerat quidā recita
re vellet oraſſe illū vt adeſſet recitāti. Et cū roganti cuiuſmodi id eēt: libri eius titulū ex
plicuiſſet de eo. ſ. quod non ſit contradicere. Tu ergo inquit de hoc ipſo quō ſcribis: &
cū doceret cōtra ſuā venire ſniam: ſcripſit aduerſus platonē dialogū ſathonem illū in-
ſcribēs. Ex eo iam alienis animis in ſe inuicē fuere. Aiunt ſocratē cū platonis Lyſidem
audiſſet recitari proh dii īmortales dixiſſe: q̄ multa de me mentit̃ adoleſcens. Scripſit
qppe nō pauca vir ille quæ ſocrates nō dixit. Fuit illi & aduerſus ariſtippū haud obſcu-
ra ſimultas. Deniq; in libro de aīa illū īſimulat: Cur abſuerit morięti ſocrati: cū in ęge
nia vicino. ſ. atticæ loco per id tpꝪs moratus ſit. Erat illi cū æſchine quoq; vt fert̃ ſocra-
tis auditore cōtentio. cū qppe cū dionyſio ſe facile inſinuaret egēſq; reꝝ oīum ad eū ꝑ
fectus eēt: a platone deſpectū: atq; ab ariſtippo fuiſſe cōmēdatū. Porro ſermōes quos
critonem fecit in carcere loquētem cū ſocrati cōſuleret fugā. Aeſchinis fuiſſe tradit ido
meneus: illi vero a platone tū huius odio tum gr̄a ipſius attributos. Sui vero nuſq̄ li-
broꝝ ſuoꝝ Plato mentionē feciſſe deprehendit̃ præter q̄ in libro de īmortalitate aīoꝝ
& in ſocratis defenſione: idq; tenuiter. Enimuero ſtili ipſius genus inter poema & pro
ſam orōnem mediū ait Ariſtoteles fluere. Hūc ſolū platoni aſſediſſe quodā loco fauo
rinus ait: Cū librū de aīa recitaret: reliquos oēs ſurrexiſſe. Pleriq; autumāt philippum
opuntiū ipſius leges catenus in cæra trāſcripſiſſe: huius & epinonida eſſe aiūt. Eupho
rion ac panætius initiū libroꝝ de repu. ſępius inuentū inuerſum atq; immutatū dixer̃:
eā ipſius rēp. ariſtoxenus totā ferme in ꝓtagoræ cōtradictiōibus aſſerit ſcriptā. phæ-
drū primo illū ſcripſiſſe fama eſt. Habet qppe quæſtio illa nō nihil iuuenile. Porro di-
cęarchus totū id ſcribēdi genus: vt graue ac moleſtū carpit. Platonē tradūt cū vidiſſet
quendā aleis ludentē arguiſſe: & cū ille q̄ me in puis reprehendis diceret reſpōdiſſe. At
eſt cōſuetudo nō modica. Rogat᷒ an ipſius monumēta ſicuti ſupioꝝ futura eēnt: Pri
mū inqt conqrere oportet nomē: Tū plurima ſuppeditabūt. Ingreſſo aliqn̄ xenochra
ti cęde inqt hūc pueꝝ. Nā ipſe q; irat᷒ ſim nequeo. Cuidā itē ſeruoꝝ delinquēti iā inqt
verberibus te concediſſem niſi iratus eſſem. Cū equo inſediſſet cōtinuo deſcendit dicēs

ueteri ne equi ferocitate raperetur. ebriis consulere solitus erat ut in spæculo studiose i taererentur: eiusmodi statim a fœditate discessuros. potare usque ad ebrietatem nusq̄ de cere monebat: præterq̄ in diebus festis indultoris uini dei. Sōnus item immodicus illi displicebat. In legibus denicq; ait: Dormiens aūt nemo vllius precij est: veritatē auditu suauiorem oībus quæ dicerentur. Alij vera loqui iucūdius oībus dixisse putant: sic au tem & de veritate dixit in legibus: præclaꝝ quiddam est veritas o hospes atq; durabile. Veꝝ id persuadere nō facile videtur. Oprabat insuper memoriā sui vel in amicis vel in libris relinqui: locis & ipse vtebatur plurimū. Moritur eo quo diximꝰ modo tertiodecimo Philippi regis anno: & fauorinus in tertio cōmentarioꝝ refert: a quo & increpitū fuisse illum theopompus auctor est. Mironianus in similibus ait philonē meminisse prouerbij de platonis pediculis: quasi sic ille defecerit: Sepultusq; est in academia vbi plurimū tempus philosophatus fuerat. Vnde & quæ ab eo fluxit secta academica est apppellata. Corpus eius elatū honorifice & ab his qui eo conuenerāt conditū. Eiusmodi fuit ipsius testamentum: hæc legauit plato atq; disposuit hephęstiadeū fundum cui ab aquilone vicina via ē quæ ducita tēplo cephisiadum: ab austro heraclæū hephæstiadum: ab ortu solis archestratus phertarius: ab occasu Philippus chalidensis. Hūc aūt nemini licitū sit aut vendere aut cōmutare: sed sit adimanti filij. Enerisiadūq; fundum quem emi a Calimacho cui ab aqlone vicinus est Eurymedō: Myrrhinusiꝰ ab austro: ab ortu Eurimedō myrinusios: ab occasu cephissus. Argēti minas tres: argenteā phialam appendentē dragmas centū sexagintaquinq;: Cymbium pōderis dragmaꝝ quadragintaquinq;: Anulū aureū: & inaurē aureū: vtraq; dragmas quattuor: & tris obolos pendētia: Euclides Latomꝰ mihi debet minas tres. Dianā dimitto liberam: famulos relinquo tychonem hyctā appollinidē & dionysiū: supellectilē & vasa scripta quorum habet exemplar demetriꝰ. Nulli aūt quicq̄ debeo. Curatores erūt sosthenes. speusippus. demetrius. hegias. eurimedon. callimachus atq; trasippus: hoc testamenti ipsius exemplar. Sepulchrum eius cōpluribus illustre epigrāmatibus.

Mortales cunctos excedens moribus æquis:
Diuus aristocles hoc iacet in tumulo:
Si sophiæ quisq̄ præconia magna secutus:
Hic sibi multa tulit liuor & omnis abest ¶Et aliud:
Occulit hic corpus diuini terra platonis:
At superas sedes spiritus ipse tenet.
Aristone sati procul hunc diuina uidentem:
Longe habitans seruat uir bonus atq; colit: ¶Et aliud:
Quid monumenta super uolucrum regina uolasti.
Tu mihi dic superum quam tuare domum:
Astra petens animæ sum clara platonis imago:
Progenitum terra corpus at actis habet. ¶Est & nostrum:
En animas hominum quonam curasset appollo.
Lustrasset si non oppida græca plato.
Corporibus medicans huic & æpidaurius ægris.
Filius. ut sapiēs & animæque plato.
Occidit ut titan epydaurion: atque platonem:
Protulit: hunc animæ: corporis hunc medicum:
Coniugia at separans petiit quam condidit urbem:
Inque solo magni ponitur inde iouis.

Discipuli fuere Speusippus atheniēsis: xeno crates chalcedoni9: Aristoteles stagirites
Philippus opūtius: Hestięus perinthius: dion Syracusanus. Amyclus Heracleotes.
Erastus & coriscus scepsij Timola9 cyzicen9: Eueō lāpsacenus: Pithō: & Heraclides
ænij: Hippothales & calippus atheniēses: demetri9 amphip olites: heraclides pōticus
& cōplures alij: Cū his & mulieres duæ Lasthenia mātinea & Axiothea phliasia. q̄ ve
dicearchus auctor est virili vtebant veste. Theophrastum item illius fuisse auditorem
quidā referūt & hyperidē oratorē: chamæleon & lycurgū ait polemo & demosthenē
scribit ipsius fuisse studiosū. Sabinus item incēstratū thasiū in quarto de meditatione
libro: & est id quidē oīno verisimile: Vero enimuero cū platonis primis studiosa sis:
Idq; haud sane iniuria philosophiq; sūmi dogma peculiari quodā amore ac studio pre
cæteris indagare pergas: opæ precium existimaui & sermonū illius naturā & dialogorū
ordinē & persuasiōis aut inductiōis vim ꝓ viribus veluti per elemēta capitulaq; dige-
rere: vt neq; de illius vita collegim9: dogmata quoq; siue decreta desiderētur alias qp
pe iuxta prouerbiū noctuā athenas: si ea q̄ per species distribuuntur enarrare cōmiseri
mus. Dialogos itaq; primū Zenonē eleatē scripsisse ferūt. Aristoteles in p° de poetis
Alexamenū styreū siue teiū sicut & fauorinus in cōmētarijs tradit. Cæteq; Plato meo
q̄dē iudicio id genus expoliuit eatenus rude atq; perfecit. Ita nō solū ornatæ & expoli-
tæ orōnis: verū & ipsius inuentiōis dignissime sibi primatū vēdicat. Est aūt dialogus ex
interrogatiōe & responsiōe cōpositus de ea re quæ vel philosophiā vel reipublicæ partes
attingat: cū dicenti & cōgrua expressione personaq; quæ assumūtur. accurataq; cōposi
tione verboq;. Dialectica est disputādi ars per quā aliquid aut ꝓbamus aut improba-
mus ex interrogatiōe inidē: & respōsione disserentū. Enimuero platonicæ orōnis gemi
nus stilus est vterq; sūmus: Alter ex his instituit atq; imbuit appellat' υφηγητικοσ. i.
introductiuus: alter in ingrendo versat'. dicit' q. ιзнтнтικοσ. indignatiuus scilicet pri
mus ille in duo distinguit' genera: alteq; in speculatiōe cōsistit: alteq; in actione. primū
in naturale ac rōnale: fm in morale ac ciuile diuidit'. Porro secundus ille æque in duas
species scindit': prima quæ exercetur vocaturq; gymnastica. secūda in certaminibus ē
& agnostica dicit': gymnasticæ inidē bipartita diuisio ē: altera velut incunabula exerci
tationis fouet: vocaturq; Maeeutica: altera iam suis viribus nitit' tentatq; quid possit:
& Pirastica dicitur: Agonisticæ itē est bipartita distinctio: alia demonstrationi inseru
it: & Endictica vocat': alia vertit orationē & Anatreptica dicitur: Neq; sane nos fugit
plerosq; platonis dialogos aliter ac nos distinguere. Dicūt ex his alios dragmaticos:
quod quasi poema videātur imitari: Alios quod narrationi inseruiant diegematicos:
mixtos alios appellant. Sed ea sane distinctio dialogoq; scænæ q̄ philosophoq; scholę
videtur accōmodatior. Sūt ex his quidā physicā tuentes partē vt Timæus: Logicē vt
politicus: cratylus: parmenides: & sophista. Sūt qui moralē asserūt: vt apologia: cri-
tō: phædō: phedrus: symposiū: menexenus: clitiphon: epistolæ: philebus: hipparch9
& anterastæ: ciuilē respu. leges: minos: epinomis & antlāticus. Maeeuticā astruūt al
cibiades duo: theages: lysis: laches: pirasticā: menō ion: carmides theatet9: endicticā
protagoras. Anatrepticā euthydemus: hippiæ duo, gorgias. De dialogo q̄d nā sit: & q̄
sunt eius differentiæ hactenus. Q̄m vero infinita cōtētio est alijs dicētibus ipsū dog
mata inferre: alijs negātibus: age de his quoq; videamus. Dogmatistæ ꝓprium ē dog
ma afferre: sicut & legiferi leges instituere. Porro dogmata siue decreta indifferēter vo
cant: & quæ opinamur & opinio ipsa. Quod opinamur ꝓpositio ē. Opinio aūt suspi
catio ipsa siue opinatio. Plato igit' quæ perperat ea exponit: q̄ vero sunt falsa coarguit:
De rebus incertis assensionem retinet: atq; de his quidem quæ ipse opinatur quattu-

or inducit psonas differentes socratem: timæū: atheniensem hospitem: peregrinū Elea
tē: Sūt aūt pegrini nō vt quidam opinātur plato & parmenides: sed figmēta sine noīe
sunt. Denīq; socratis atq; timæi verba dū loquit decreta infert plato: Qui mēdacij co
arguātur inducit thrasymachū callīclē: Polū gorgiam: protagorā hippiā. atq; euthy-
demū: & huiusmōi cæteros: at vero cū pbatiōibus & argumēti conclusiōibus locus ē.
plurimū vtitur inductiōe: eaq; non vnica sed bipartita. Est. n. inductio oratio ex veris
quibusdā simile sibi verū ppriē colligens atq; inferēs: Eius sūt spēs due quæ ex cōtrario
fit: & quæ ex cōsequenti. Quæ igit ex cōtrario fit eiusmōi ē: vt interrogāti circa oēm re
sponsionē cōtrariam inferatur: Vt exempli cā pater meus vt alius est q̄ pater tuus aut
idē. Si igit alius ē pater meus q̄ pater tuus: cū sit alius q̄ pater nō erit pr̄. Si idē est q pr̄
meus idē existens q pater meus: me9 erit pater. & rursus si aīal homo ē lapis aut lignū
erit: Nō est aūt lapis aut lignū. Aīatus quippe est: & ex seipso mouet: aīal igit est. Si
autē aīal ē aīal vero & canis & bos erit & hō aīal & canis & bos. hac igit inductiōis spē
quæ p aduersatiōnē fit: vbi rixæ locus est vtitur Plato nō ad afferendum dogma sed ad
refellendū qd falsum fuisset obiectū: Est & alia ipsius spēs quæ per consequēs & ea du
plex: altera quidē id quod in pte quærit per id qd ē in parte demōstrat: altera quod vni
uersaliter per id quod in pte est pbat: prior illa oratorū. sequēs dialecticorū est: Quæ
rit in primo an iste occiderit. Argumentū ē eo tpe repertū eē cæde cruentū: ē aūt vt di
ximus oratorū ea spēs. Quippe rhetoricæ vis & officiū ē circa particularia: nō circa vni
uersalia versari. Quærit. n. nō de iure ipso verū de particularib9 iustis. Reliqua vero dia
lecticorū: probatur qppe vniuersum per ptes: puta quærit an sit imortalis aīa: & an ex
mortuis viuētes sint qd in libro de aīa pbatur per vniuersale quoddā: quod cōtraria ex
cōtrarijs fiāt. Idq; ipsum vniuersale ex quibusdā particularib9 conficit: vt puta sonus
ex vigilia: itemq; maius ex minore & ecōtra. Hac aūt specie vtebatur ad asserēda q̄ per-
cepisset. Nam vt olim in tragœdia prius quidē chorus solus agebat. Postmodū vero
thespis vnū inuenit histrionē: vt chorus interdū requiesceret. Secūdum postea Eschylus
adiecit: & tertiū sophodes. Atq; in hunc modū tragœdia consumata est: ita & philoso
phiæ ratio dudū circa vnā tm̄ phisicæ spēm vertebat: Accessit socrates & solitariæ eate
nus philosophiæ adiecit ethicē. Tertiā plato dialecticē addidit & cōsummato philoso
phiæ operi extremā manū & culmē apposuit. Thrasylus autē asserit illū iuxta tragicū
quadriloquiū dialogos suos edidisse. Tragœdi quippe quattuor poematibus certabāt
dionysijs: Leneis: Panathenæis chytris: Erat aūt quartū poema satyricū. porro quat-
tuor poemata quadriloquia appellabātur. Sūt igit oēs eius dialogi de quib9 nihil am
bigit quinq̄ginta sex: resp. in decē diuidit libros: quā & apud ptagorā totā ferme inue-
niri in cōtradictiōibus tradit fauorinus in secundo oīmodæ historię: Leges in. xij. diui-
dūtur. Sūt autē hmōi quadriloquia nouē numero legibus vno volumine: & repu. li-
bris in vno itidē inclusis: Primū igit quadriloquiū ponit quod cōem hypothesin habe
re videat: ostendere quidē volēs cuiusmōi esse debeat vita philosophi: duplici qī libris
singulis inscriptione vtitur: Altera ex noīe: ex re altera imposita. huius quadriloquij q̄
prima est in capite ponit euthyphron siue de sanctitate siue iusticia. Est autē ipse dialo-
gus tentatiuus. hūc sequit socratis defensio moralis: Tertio loco crito siue de eo quod
agēdum est moralis. Quarto phædon siue de aīa: moralis: In secundo præponit cra-
tylus siue de rectitudine noīum: logicæ partes agens. rhæteteus siue de disciplina. ten-
tatiuus. Sophista siue de eo quod est: Logicus: policitus siue de regno. logicus. In di
stributione tertia ponitur primo loco Parmenides siue de idæis: logicus. Secūdo phi
lebus siue de voluptate. moralis: Tum symposium siue de bono. moralis. Postremo

phædrus siue de amore. moralis. In quarto præponitur alcibiades primus: siue de ho-
minis natura μαιευτικὸς de obstetricia. Alcibiades secundus siue de oratiõe obstetri
cius. hippercus siue de lucri studio: moralis. Quintæ præfert in capite theages siue de
philosophia obstetricius. ac deinceps charmides siue de frugalitate tẽtatiuus. Laches
siue de fortitudine: obstetricius. Lysis siue de amicitia. obstetricius. Sextæ princeps ẽ
Euthydemus siue contẽtiosus anatrepticus. Tũ protagoras seu sophistæ: endicticus.
Gorgias siue de rhetorica anatrepticus. Menõ si de virtute. tentatiuus. Septimæ præ
ponũtur hippiæ duo: de honesto prior: sequẽs de mendacio ambo exhortatiuꝰ. Ion si
ue de iliade. tentatiuus. Menexenus siue epitaphius moralis. Octauę primum sibi lo
cum vendicat clitophon siue inductiuus. moralis. tũ resp. siue de iure ciuili. Timeus si
ue de natura physicus critias attractiuꝰ seu antlãticus. moralis. Nonę præsidet minos
siue de lege ciuilis: Leges siue de ferenda lege: ciuilis. Epinomis siue noctumus cõuen
tus siue philosophus: ciuilis: epistolæ tredecim morales quibus præponebat. εὖ Διά-
γειν. Epicurus autem εὖ πράττειν: Cleon vero Χαίρειν. Ex his vna est ad aristodemũ
archytam duæ. ad dionysiũ quattuor: ad hermiam & arastũ & coriscũ vna: ad leoda-
mãtem vna: ad perdicã vna: ad dionis necessarios duæ: Est autẽ huiusmodi iuxta thra
sylũ librorũ illius distinctio. Cui pleriq; accedũt. Alij aũt ex qbus & aristophanes grã
maticus ẽ in triloquia eius dialogos ita distribuũt: primã ponũt cui præsit resp. timæ-
us: critias: Secũdam cui sophista politicus cratylus: In tertia leges statuũt: minoem:
& epinomida: In quarta theaetetum: euthyphrona: defensionẽ: In quinta phædonem
critonẽ: epistolas. Cætera singula & sine ordine ponunt. Incipiũt quidam vt prædixi-
mus a rep. Alij a maiore alcibiade pleriq; autem a theage: Alij ab eutyphrone: nõnul-
lia clitophonte: Quidam a timeo: alij a phædro. Sũt item qui a theaeteto incipiant.
Sũt item qui a defensione: Ex his autẽ dialogis qui platoni inscribũtur: his sine vlla cõ
trouersia adulteri sunt: Midon siue hippostrophus erixias siue erasistratus: alcyõ: ace
phelus siue sisyphus: axiochus: phæaces demodocus: chelidõ. Septima epimenides:
ex his alcyon leontis cuiusdam esse fertur: vt fauorinus in quinto cõmentariorũ refert.
Enim vero noibus vtitur varijs: vti ne illius opa in imperitis & rudibus conspicua sint
proprie tñ sapiẽtiam esse arbitratur earũ rerũ quæ intelligẽtia cõprehendũtur: & intelli-
gibiles dicũtur & quæ vere sunt: sciam quã de deo ait animãq; a corpore disiũctã. Pro
prie vero sapientiã & philosophiã vocat appetitionẽ quãdã ac desideriũ diuinæ sapiæ.
Cõiter apud ipsũ sapiẽtia dicit & ois peritia: Vt cũ verbi grã: Sapientẽ vocat artificẽ:
Vtitur & eisdẽ sæpe noibus in significandis varijs rebus. deniq; apud illum: ẽr pro sim
plici ponitur sicut & apud euripidem. Vtitur eo plato quãdoq; & pro pulchro & ho-
nesto: aliqñ pro paruo. Sæpe vero & varijs noibus vtitur in eadẽ significatiõe. Namq;
ideã & spẽm noiat & genus & exemplar & initiũ & causam. Vtitur & contrarijs voci-
bus vt idem significent. Deniq; sensibile & quod est & quod nõ est dicit esse quidẽ pro-
pter generationem: nõ esse aũt propter assiduã mutationẽ. Ideã itidem appellat quod
neq; mouetur neq; manet & idem & vnũ & multa. Idem vero & in plurimis facere so-
litus est. Est autẽ librorũ eius triplex expositio: Primo enim docere oportet eorũ quæ
dicũtur vnũquodq; quid sit. Deinde cuiusq; rei gratia dictũ sit: Vtrũ ex principali intẽ
tione an vero in similitudinis parte siue ad dogmatũ assertionẽ siue ad refellendũ con
tra differentẽ. Tertio vero an recte dictũ sit. Verũ.n. quoniã ipsius libris & notæ quæ-
dam apponũtur: Age de his quoq; pauca loquamur. x. littera ad dictiones ac figuras
assumitur: prorsus ad platonicã consuetudinẽ. x. dupliciter ad dogmaca opinionesq;
ex punctis nudiq; illustre ad electiores quasq; snias ornatusq; verborũ apponit. Dua-

bus ex partibus puncto apposito ad quorũdam emendatiões adhibetur. x. obelus tũ
pũctus ad inania quæq; & vilia iugulãda præponitur. Antisigma. xi. cum punctis ad
vsus duplices scripturæq; translatiões adhibetur Ceraunũ. xi. ad philosophię institu-
tionẽ assumit᷑. Asteriscus ad cõuenientiã dogmarũ. obelus ad improbationẽ. Sũt igi-
tur huiusmõi notæ: hicq; librorꝝ numerus vt antigonus & carystius in libro quem nu-
per de xenone edidit refert. Ea siquis dignoscere ante voluisset mercedẽ his qui docerẽt
pendebat. Quæ illi visa sunt hmõi fuere: imortalem esse aiam & de corporibus ad cor
pora perpetuis vicibus migrare eiusq; initiũ cõstare numeris. Corporis principiũ geo-
metrię itẽ constare rõne: Diffiniebat eam ideã esse penitus remoti spũs se ipsam mouẽ
tem & motũ præstãtem corpi & esse tripartitã: Rationalẽ ipsius partẽ sitam ĩ capite:
irascibilẽ in corde: cõcupiscibilem in vmbilico & iecore cõsistere. Cõtinere itẽ ex medio
semp corpus per gyrꝝ atq; ex elemẽtis constare: diuisamq; ſm harmonię interualla du
os orbes efficere cõiunctos. Ex his interiorẽ circulũ in sex alios scindi: septẽ reliquos cir
culos facere. Eũq; iuxta diametrꝝ ad leuã intrinsecus hrẽ sedem: Alterꝝ vero ſm latꝰ ad
dexterã. Ideoq; ipsũ obtinere ꝙ sit vnicus. Alterꝝ quippe iterius ĩ pluris eẽ diuisum: at-
q; hũc ipsius illos alterius eẽ dicẽs: hãc qdẽ animi: illã vero vniuersi eẽ motionẽ errãtiũ
q; syderꝝ motus. Cũ aũt ita se habeat eaq; ex medio fit scissio sibi ad extrema cõgruens
atq; cõiũcta nosse quæq; sũt: atq; aptare eo ꝙ ĩ se ipsa per harmoniã elemẽta habeat: &
opinionẽ qdẽ fieri ſm alterius circulũ se subrigẽtem: sciam vero ſm aliũ q sit eiusdem.
duo oĩo esse rerꝝ pricipia: Deũ atq; materiã. Illũ & mẽtẽ & cãm appellauit. Esse aũt ma
teriã informẽ & infinitã: ex ea cõcretiões fieri: eã cum aliqñ temere & iordinate mouere
tur: adeo iñ locũ unũ coactã ꝙ ordinẽ temeritati pstare cõsueuerit. Porro hmõi essenti
am in q̃ttuor elemẽta cõuersã ignẽ aquã aerẽ terrã. Ex his mũdũ ipm & quæq; in eo sũt
nasci: solã terrã ait imutabilẽ: cãm eẽ putãs figurarꝝ ipsiꝰ ex qbus cõstet diam. Aliorꝝ
qppe figuras eiusdẽ generis dicit. Cõposita. n. oĩa ex vno oblõgo triãgulo. Terræ vero
ꝓpriam esse figurã. Ignis deniq; elementũ eẽ pyramidẽ: aeris qᵈ octaedrũ dicit: aquæ
icosaedrũ: terræ aũt cubũ. Quocirca neq; terrã in ista mutari: neq; in terrã ista cõuerti.
Non aũt suis locis discreta esse singula: ꝙ circũferentia cõstringẽs & ad mediũ cogens
parua cõponit. Eaq; q̃ maiora discernit: Atq; ideo cũ spẽs mutãs & loca mutare. Mũ-
dum vnũ esse genitũ. nã & sensibilis ẽ deo cõditus. Aiatumq; esse ꝙ prestantius regat
qᵈ aiatũ est q̃ si careret aĩa: Huiusmõiq; opificiũ supremę causæ subiectũ: vnũq; condi
tum fuisse: nõ infinitum ꝙ ẽt exẽplar ad qᵈ creatus fuerit vnicũ sit: Esse aũt ad sphærę
similitudinẽ rotũdum: quod cõditoris ea quoq; figura sit. Illũ qppe cæteras continere
animãtes: hũc aũt oĩum figuras. læuẽ itidem & absq; vllo per gyrꝝ ĩstrumẽto ꝙ huius
mõi nullus sibi vsus sit. Immortalẽ præterea durare mũdũ eo ꝙ nõ dissoluat᷑ in deum:
Ac totius generatiõis cãm esse deũ ꝙ summũ bonũ ipse sit auctorq; bonorꝝ: porro cæ
li generatiõis auctorẽ ipm deũ. Eius qppe quod sit in rebus cõditis pulcherrimũ eũ eẽ
conditorẽ: quẽ intelligibiliũ oĩum cõstet esse pstantissimũ: Itaq; qm̃ huiusmõi deus ẽ-
cælũ vero præstãtissimo illi simile est; qm̃ pulcherrimũ cernit᷑: nulli creaturæ erit simi
le sed deo soli. Cõstare vero mũdum ex igne aqua aere & terra. Ex igne quidẽ vt visibi-
lis sit: ex terra vt solidus: ex aq̃ & aere vt ꝓportiõe nõ vacet. nãq; solidorꝝ vis duobꝰ ma
xime mediis ꝓportionem sumit: vt vnũ fiat hoc totũ. Ex oĩbus atq; vt pfectũ atq; im
mortale sit: Tẽpusq; sempiterni imaginẽ fuisse: idq; sp manere: Cæli aũt motũ tẽpus
eẽ: Noctem qppe ac diem & mẽsem & huiusmõi cætera eẽ tẽpis partes: Idcirco absque
mũdi natura nõ cõstare tẽpus; Simul. n. atq; cõditus fuerit & tẽpus illi affuisse. Porro
ad tpis generationẽ & solem & lunã & errãtia facta. Vt vero horarꝝ mãifestus & nũ

esset numerus. animātesq; numeri non essent exortes accendisse solis radios deum: lunam supra eminētem terræ circulũ ferri: solem ꝓpinquius huic orbi affigi: in superioribus vaga sydera ferri: esse prorsus aīatum: qa sit animato motu d cunctũ & alligatũ: vt aũt perficeret͛ hic mũdus essetq; similis itelligibili animāti alioꝝ quoq; animaliũ cōditã esse naturã. Qm̃ igitur ille habebat. cælũ quoq; vt hr̃et operepræciũ fuisse. Deos ergo esset vt plurimũ igneos. Esse aũt & reliqua genera animantiũ tria volatile: aquatile: terrestre. Terrã esse antiquissimã oium qui essent in cælo deoꝝ. fuisse aũt conditã vt dieinoctisq; tempora & vices variaret: eam cũ media sit circa medium moueri: qm̃ vero causæ inquit duæ sunt: alia quidem constãtiam ac firmitatẽ esse: alia vero necessaria ex causa creata dicendũ. Sunt aũt ista aer ignis humus humor: q̃ quidẽ nõ exacte erãt elementa sed ad percipiẽdũ apta: Hæc aũt ex triangulis cõstare cõpositis atq; in ipsos dissolui: esse aũt ipsoꝝ elementa & porrectũ triãgulum & æquilateꝝ. Initia igit͛ & cãsreꝝ esse duo quæ prædiximus: quoꝝ exemplar esse deũ ac materiã. Id vero informe eẽ necessario sicut & alia perceptioni accõmodata. Horũ autem cãm ex necessitate esse: quippe pceptis quodãmõ ideis essentias gignere ac per potẽtiæ dissimilitudinẽ moueri: motuq; suo quę mouẽtur ex ea ecõtra mouere. Porro ista quidẽ primo irrõnabili & iordinato motu agitari: ac vbi species exhiberi cœpta debitũ ordinem & modũ ex deo accepisse. Causas. n. & ante cæli creationem duas fuisse. Tertiã vero: generationẽ: eas simperobscuras vestigiaq; dũtaxat & incõpositas: & eis itidẽ perfecto mũdo accessisse ordinẽ: ex oibus vero q̃ subsisterẽt corporibus factũ esse cęlum opinat͛: & deũ sicut & materiã incorporalem eẽ. Sic. n. & corruptiõe & perturbatiõe nulla oino tẽptari: ideas vt prædiximus cãs quasdã atq; principia ponit: vt huiusmodi sint quæ natura constiunt: qualia & ipsa sunt. Enimuero de bonis ac malis ita differebat: finẽ esse deo similem fieri. Virtutẽ sufficere quidẽ ad bene beateq; viuendum: cęteꝝ instrumẽtis indigere corporis: bonis: robore: sanitate: integritate sensuũ: & cæteris id genus: exterioribus itidẽ puta opibus: claritudine: gloria & huiusmodi cæteris: ea & si nõ affuerint nihilominꝰ tñ beatum fore sapientẽ: Accessuꝝ item ad rẽpu. vxorem ductuꝝ: legesq; positas non preuaricaturꝝ. Laturꝝ insuper pr̃ię suę q̃tum potuerit cõmodas leges: Idq; nisi per summã plebis dr̃iam operam suã reipu. iudicarit iutile fore. Arbitrat͛ & deos hũana cernere atq; curare & dæmones esse: notionemq; honesti primus declarauit: quæ a laudabili & rõnabili vtiliq; & decoro & congruo nõ discerneret͛. ea oĩa id qd͛ per naturam sit cõsequens ac ꝓ confesso hẽat͛ attingere. Disseruit de rõne & rectitudine noium: atq; adeo rita respondẽdi & interrogandi sciam prior ipse cõstituit & effatim vsus. Porro in dialogis diuinã quoq; iusticiam legẽ arbitratus ẽ: vt ad recte operandum potẽtius persuaderet: ne post mortẽ recte pœnas iprobi luerent. Quo circa eũ plęriq; fabulosum putauere q; eiusmodi narrationes interdũ suis scriptis interserit: vt per obscuꝝ modum q; ista post mortẽ sic se habeãt admoniti mortales iura violare pertimescãt: atq; in hunc modũ ille opinatus ẽ: istaq; ei placuere. Distribuebat aũt vt ait Aristoteles hũana bona triplicit͛: alia quippe in aĩa: alia i corpore: alia extrinsecus constare asseuerans: puta iustitiã prudentiam fortitudinẽ frugalitatẽ & cætera. id genus in aĩo ponebat: pulchritudinẽ & habitum preclaꝝ sanitatẽ & fortitudinem in corpere: amicos aũt & pr̃iæ fœlicitatem atq; diuitias inter exteriora numerabat. Bonoꝝ igit͛ tria esse genere alia in aĩa: alia in corpore: alia extrinsecus. Tres item esse amicitiæ species: naturalẽ aliam: aliam socialẽ: atq; aliam hospitalem: naturalẽ qua parentes naturæ instinctu liberis afficiuntur cognatiq; alteruteꝝ diligunt: Eã vero i cæteras quoq; animãtes esse diffusam. Socialem siue sodolitiã quã sine yllo consanguinitatis vinculo sola cõsuetudo conciliat: cu-

iusmodi Piladis & Orestis fuisse memoratur: Hospitalem qua ex cōmendatiōe vel literis hospitibus iungimur. Addunt pleriq; quarto loco & amatoriā: Ciuilitatem idem eandem in species quinq; distinxit. Aliam popularē: aliam quam optimates agant: tertiam quæ diffundat in paucos: regiam quartā: quintam tyrānicam. Popularem rēp: in eis esse ciuitatibus in quibus ad imperiū multitudinis agit res: eiusq; nutu magistratus eligūtur: & pro illius arbitrio ponūtur leges: Aristocraticam vbi neq; diuites neq; pauperes neq; nobilitate vel gloria illustres dominātur: verū soli qui sunt in ciuitate optimi rem administrant. Oligarchiā quando a censibus magistratus eligūtur: sunt eni pauciores pauperibus. Regnū bifariam scindi: Aliud .n. fm legē. Aliud fm genus eē: fm legem constare Carthaginēsium regnū: Annale quippe esse: Lacedæmoniorū vero macedonum fm genus: habent .n. regni stirpem aliq̄. Tyrānidem dici cū impulsi & vi adacti ciues iugū dominationis violenter admittunt. Iusticiæ subinde tria esse genera: aliud circa deos: aliud circa hoīes: aliud circa defunctos versari. Nam & qui sacrifica fm leges faciunt: sacrarūq; rerum curā habent: religiosi circa deos ac pij sūt. Qui vero mutua depositaq; restituūt iusti erga hoīes sunt: qui aūt vita functis iusta persoluunt tertiā illam iusticiæ partē exequūtur. Disciplinę similiter tris esse species. Aliam quidē in actione consistere & practicē dici: Aliam ex operis effectu constare & appellari effectricem. Tertiā speculationi studere & theoriticen vocari: & ędium quidē nauiūq; structuram ad effectricē illam pertinere: Videre quippe in promptu est opus cōsumatū: Ciuilitatem vero & tibiarū cantus pulsusq; citharæ & huiusmōi cętera practicę subesse. Neq; .n. consumato actu quippiam remanet quod oculis subiectum sit. Cæterū in ipso actu vis ois est. Itaq; alius tibijs: alius fidibus canit: alius remp. gerit. Porro geometria & harmonia & astrologia sub intelligētiam cadunt & speculationi tantūmodo inseruiunt: Neq; enim vel agūt vel efficiunt quicq̄. Sed geometra quidē sollertiter vt sese habēt ad inuicem lineæ: harmoniacus pthongos .i. sonos rōne diiudicat: astrologus sydera contemplat atq; cælum. Medicinæ itē quinq; species esse. aliā quippe dici medicabilem quæ morbis medicamēti potione subueniat: aliam chirurgicam quæ sectione & vstiōe curet: tertiam quæ sola victus rōne & ordine arceat ægritudines: appellariq; diæticem: quartā quæ ex celeri discretione morbor̄ succurrat ęgris: vocariq; νοσογνωμονικν .i. morbor̄ rōnem mētem: quintam adiutricē dici quod strenuo auxilio doloribus continuo liberet. Legis item geminā esse distributionem: alterā scriptam inscriptā alteram. priorē illam esse ciuilem: quæ vero inscripta vocatur eam a natura & vsu pfici scripta nudum in forū pergere: Femicaq; vti veste nulla scripta lege prohibetur sola inscripta naturalisq; vetat lex. Orōnem quinaria diuisione distingui. Esse .n. eius aliud genus: quo vtūtur in concionibus hi qui administrāt rempu. idq; ciuile appellari: Aliud quo vtūtur oratores demōstrationi inseruientes: dū vel laudant vel vituperant vel accusant quēpiam: Esse vero id genus oratorium. Tertiū quo priuati inuicē colloquūtur dicitq; priuatum. Quartū quo breui rogātes atq; respondētes interrogātibus vtuntur: vocariq; id genus dialecticum. Quinto quo artifices dum de sua arte differūt loquūtur appellariq; id artificiosum. Musicæ tris esse diuisiōes. ex his aliam voce sola cōstare: vt cantū: aliam voce simul & manu: vt cum neruor̄ pulsibus oris modulatione concinimus. tertiam solis manibus perfici: vt cum silēte oris organo cytharam percutimus. Nobilitatē quattuor in species diuidi: Quippe qui claris bonis iustisq; maioribus fuerint exorti eos nobiles profecto esse. quor̄ item parentes potētes ac principes fuere: eos itidem nobiles dici. Tertio deinceps loco vocari nobiles quor̄ sint aui fama & opinione celebres: quam verbi gratia vel ex bellicis rebus præclare gestis vel ex certa-

mitum coronis reportauerint: quartum eſſe nobilitatis genus idq; pręſtantiſſimum:
cū quis per ſe animi ingenuitate & magnitudine excellit. Hunc. n. ꝓfecto veraciter ap
pellari nobilē: cui non aliena ſed ſua virtus ad nobilitatē opituleť. Pulcritudinē item in
tria genera diſtingui: aliā quippe eſſe laudabilē: vt formoſam faciem: aliā quoq; vſui de
ſeruire: vt inſtrumentū & domum: ea qppe preterq̄ q̄ ſpecioſa ſunt: vſibus noſtris a cō
modata ſunt. tertiā legib9 ſtudijſq; conſtare: eāq; humanæ vitæ cōmodis maxime con
ſulere: Animæ tres itidē partes eſſe aliam. n. rōnalem: aliam cōcupiſcibilē: iraſcibilem
tertiā. rōnalem ſedē eſſe conſilij cogitarōis & hmōi reliquoꝝ: concupiſcibilē eſſe appe
tendi cibi vel cōgreſſus & ſimilium cām: iraſcibilē vero confidētiæ voluptatis doloris
& iracundiæ auctorē eſſe. Perfectæ rōſumatæq; virtutis eſſe ſpecies quattuor: primam
prudentiā: ſecundam iuſtitiā: fortitudinem tertiā: quartam tēperantiam. Ex his pru
dentiam recte agendoꝝ cām eſſe: iuſtitiam vero inter conſortia: & humanæ vitæ com
mercia nō violandi iuris auctorē. Fortitudinem aūt ne inter pericula & terrores a iuſti
tiæ tenore deuiemus afficere. Porro tēperanti annos ad frenādas concupiſcentias: vt a
nulla voluptate ſubigamur: honeſteq; viuamus ſua nobis lege pſcribere. Principatus
itē quinariā eſſe diſtributionē. Alium qppe eſſe legitimū: naturalem alium: aliū ſm rō
ſuetudinē: quartum ſm genus: quintum violentū. Deniq; magiſtrat9 ciuitatum ſi eli
ganť a ciuibus ſm legem principanť. per naturam vero mares vbiq; gentium non mō
inter hoies veꝝ inter aīantes quoq; fœminis præſunt. ex cōſuetudine vero & pædagogi
pueris: & magiſtri diſcipulis iperant. per genus aūt Lacedæmonū reges dominantur.
fluxit. n. a gente aliqua apud eos regnū. Eodē mō & apud macedones reges iperāt qp
pe & illic regnū ex genere iſtitutū eſt porro qui ſummā coactis ac p vim ipulſis ciuib9
inuitis regnant: hmōi per vim dominanť. hæc quinaria principatus diſtributio. Orato
riæ ſex ſpecies tradit. Nam quotiens iuſſerit orator bellū arripere & auxilium cōtra ali
quem ferre. id genus vocať adhortatio. Cū vero quietē agere neq; bellare neq; opē fer
re monuerit: appellať ea ſpēs dehortatio. Tertia ſubinde ſpecies cum quis ſe a quoli
bet iniurijs affectum & cōplura incōmoda perpeſſum docuerit: eiuſmodi vero vocať
accuſatio. Quarta ſpecies defenſio diciť: cum. ſ. is qui accuſať ſe neq; violaſſe ius neq;
aliud quicq̄ temere & nequiter egiſſe ꝓbarit. Quinta deinceps ſpecies: cum quis bene
& cōmode dixerit: honeſtumq; ac bonū predicauerit eaq; laus ſiue laudatio diciť. Sex
ta deinde cum turpe ac malum docuerit: & hac vituperatio pōt appellari: Recte dice
re in quatuor ſcindit: primū enim quid dicere oportet obſeruandum monet: ſecundo
q̄ multa dicere: tertio ad quos: quarto qn̄ ſit dicendum. eaigiť oportet dicere quæ vti
lia futura ſint & dicenti & auctoribus. Modum ēt ſeruare in dicendo conuenit: vt neq;
nimis multa neq; pauciora q̄ ſatis eſt dicanť: adhibenda & perſonarum ratio: vt ſiqui
dem ad peccantes ſeniores dicendum ſit: Verba illi ætati congrua loquamur: ſin vero
ad iuniores verba faciēda ſint: maiore auctoritate vtamur in dicēdo. Tempus item di
cendi obſeruādum: vt neq; prius neq; poſterius: q̄ rō exigit dicať. Alioquin ꝓfecto vi
tium nō effugiet: qui ſecus faxit. Beneficentia q̄drifariam ipſo auctore diuidiť. Aut. n.
pecunijs: aut corporib9: aut diſciplinis: aut verbis beneficiū pręſtari. Ac pecunijs qui
dem beneficiū conſtat: cū quis egenos: vt inopia liberenť pecunijs iuuat. Corporibus
res tanta agiť: cum ſe mutuo fouent hoīes & ab iniuria cædentiūq; petulātia manu ina
nē vendicant. Porro q̄ diſciplinis liberalibus imbuunt vel medicinę arte ſubueniunt:
hominū aliqd docent: tertio illo beneficentiæ genere vtunť. At cū in iudiciū quiſpiā ingreſ
ſus p amico dixerit: eumq; vi orationis adiuuerit: hic beneficētiæ munus verbis exple
uit. Finē itidem reꝝ q̄dripartitū docet. Quippe res aut ſm leges finē accipiūt: vt cum

decretum aliqd' lege firmat' & implet': aut s'm naturam finis rebus accedit. Namq3 & dies & annus & anni tpa naturali lege decedūt. Aut s'm artē finis obuenit. Architect9 arte cōsumat ædificiū: & nauiū fabricator arte itidē perficit nauē: aut fortuitum finis cōtigit: vt cū secus ac putabamus & præter opinionē aliquid accidit. Aut igit' legitimus rerum finis: aut naturalis: aut arte cōstat: aut forte. Potentiā identidē q̄ttuor in spēs diuidit. aliā qppe esse q̄ cogitare aio & opinari possumus: aliā q̄ corpe valemus & pergere & accipere & dare & cætera id genus: tertiā q̄ vel pecuniarum copia vel multitudine militum potētes dicunt': Vnde & magna potētia pollere dr' rex: q̄rtā potentiæ distributionem: qua & facere ac pati bene & male possumus. Nā & īfirmari & erudiri cōualescere valemus & hmōi oia: Primā itaq3 potentię spēm cōstare aio: secundā corpe: tertiā exercitu atq3 pecunijs: quartā in faciēdo atq3 patiēdo. Humanitatē itidē triplicē iducit: aliā qppe per salutationē fieri: vt cū forte obuiū quēlibet humaniter qs salutat: & dexteram porrigēs comiter excipit: Aliā esse eius speciē: cū i casus varios erūnasq3 iactato qs opē clemēter ipendit. Tertiū eius genus quo cœnas & cōuiuia inter se hoies celebrāt. Aut igit' salutatoīs officio aut ope & auxilio: aut cōuiuio freqnētiq3 cōgressu constare humanitatē. Fœlicitatē quiquepartitā diffinit: Primā eius partē bene cōsulere: Secundā sensibus & bona valetudine corporis vigere. Tertiā in reb9 gerēdis fortunatū esse: Quartā gloriā & claritudine apd' hoies excellere. Quintā pecunijs rebusq3 cæteris ad oēs vsus hūanitatis affluere. Primū illud ex eruditiōe multarumq3 rerum peritia & experimēto cōtingere: sequens ex corpis mēbris accidere: vt si qs videt oculis: audit auribus: narīū: præterea & oris sensu viget & integritate mēbrorum: q̄ sensuū instrumēta sunt. Tertiū inde puenire si qs qd' agere intēdit ita egerit vt decet sapientē & strēnuū virum quarum illd'. s. gloriæ celebritatē ex opiniōe bonitatis emanare. Postremum rerum affluentia est cū cui ad vitæ vsus ita suppeditat pecuniarum copia: vt & amicos fouere beneficio & large ac liberaliter cuncta necessaria subministrare valeat. Porro cui hæc suppetant oīa eū perfecte fœlicē ac beatū esse. artes trifariā diuidit: Prima ī effectione ferri & metallorum materiaq3 cędenda cōstituit: q3 ista q̄si præpet: Secunda ex his cōficiat aliquid: puta ex ferro ærarius arma fabricatur: ex lignis faber tibias & lyras facit. Tertia ī vsu earum rerum est: qppe eq̄strēs vtūt': armis bellica: musica tibijs & lyra. bonū ī q̄tuor genera diuidit'. p° bonum dicimus hr̄e virtutē. s̄o virtutē ipsam & iusticiā dicimus bonum. tertio cibos & cōmodam exercitationē ac medicamēta. quarto demum loco bonū dicimus tibiarū cantū histrionicā atq3 poetā. Eorum quæ sunt quædā dicimus mala: bona alia: alia neutra. Ex his mala eē quę semp nocere possunt vt ē iudicij rationisq3 priuatio: demētia inīqtas & hmōi cætera: Bona q̄ his cōtraria sunt. Media q̄ neutrā partē tuent': deābulatio: sessio cibiq3 pceptio q̄ oīno neq3 pdesse possunt neq3 obesse: ea vero neq3 bona eē neq3 mala. Optima legū moderatio i tria diuidit'. Primo si sint leges pclaræ & optimæ. Secūdo si ciues eas leges q̄ ita latę fuerūt oī studio obseruēt. Tertio si iuxta cōsuetudines ac studia quotūlibet positis legib9 bn̄ resp. administret'. Est igit' pria ps eiusce moderatōis vt sint leges optimę. Secūda vt intra illas maneat'. Tertia vt pclaris cōsuetudinib9 studijsq3 viuat'. Cōtraria huic laudabili legū moderatōi iniqtas. i tria itidē scidit': Ald' ex his ē si sint leges pessimæ peregrinisq3 & ciuibus noxiæ. Aliud si his q̄ sunt minime tēperet'. Tertio si nulla oīno sit lex. Cōtraria trifariā ita diuidunt': puta bona malis cōtraria dicimus: vt ius iusticiæ: sapientiā isipiētiæ & hmōi cætera. Mala aūt malis cōtraria sunt: vt pdigalitas auaritiæ & iniusta pœna iniustæ ipunitati & cætera id genus mala malis cōtraria sunt. Porro leuia grauib9: tardis velocia: & nigra cādidis: vt aliis neutra. Cōtrariorum igit' ptim vt bona malis cōtraria sunt: ptim vt mala malis: ptim

vt neutra alteris media cõtraria dicunt̃. Bonoꝝ tria sunt genera: alia. n. ex his hẽri: alia participari: alia subsistere: prĩa illa sunt q̃ eẽ possunt: vt ẽ iusticia & sanitas: sequentia q̃ haberi qdem nequeũt: eoꝝ tñ eẽ participes possumus puta bonũ ipsum habere possibile non ẽ: neqꝫ tñ ẽ ipossibile illius participatiõe frui. Substantialia vero q̃ neqꝫ participatioñe admittunt: neqꝫ habere possibil eẽ sed eẽ oportet: vt ꝓbum esse & iustũ esse bonũ ẽ: ea vero neqꝫ habere neqꝫ participare licet: sed sufficere vt ꝓbum eẽ & iſtũ esse. Et hæc bonoꝝ ẽ distributio. Consiliũ itidẽ tripartitũ est. Aliud qppe a preterito. Aliud a futuro. Aliud a pñti tẽpore sumit̃: præteritũ tẽpus exẽpla suppeditat: dum attẽdit̃ qd cur quæqꝫ gẽs passa fit: vt caueamus: aut qd pcudẽter ægerit: vt imittemur: vtpote qd passi sint lacedæmonij dũ cõfidunt. Præsens rẽ ipsam q̃ in manib9 est: considerare admonet: puta debiles muros: hoĩes timidos: annonæ caritatẽ & cætera hmõi. Futuꝝ ꝓ pi cere suadet: vti neqd fiat temere: habendã bonæ opiniõis rõnem: vt nõ eẽ violandas suspitiõibus legatões: ne gr̃a gloriam honestatis amittat: Vox in duo diuidit̃: ẽ. n. aĩata alia: alia inaĩata. Animata qdẽ aiantiũ: Inanimata vero sonoꝝ: atqꝫ crepituum. Porro aĩata bifariã scindit̃. Est. n. altera litterata: altera illiterata. Litterata v hoium: illiterata vt aĩalium. Eoꝝ q̃ sunt alia diuidua: alia ĩdiuidua dicimus. Diuiduoꝝ vero alia sunt similiũ partium: alia dissimiliũ. Atqꝫ indiuidua qdẽ sunt quæqꝫ diuisionem nõ admittunt: & simplicia sunt: neqꝫ ex aliquo cõposita: vt monadẽ: punctũ ac sonũ: indiuidua dicimus. Diuidua quæqꝫ sunt ex aliquo cõposita: vt syllabæ & cõsonãtiæ: & animãtes & aqua: & auꝝ. Similiũ partium sunt quæ ex similibus componunt̃: neqꝫ totũ a parte nisi multitudine differt: puta aqua atqꝫ auꝝ & cætera hmõi. Dissimiliũ partium dicimus quæqꝫ ex dissimilibus constant: vt est domus & huiusmodi cætera. Eoꝝ quę sunt alia per se: alia vero ad aliquid dicunt̃: Ea quidẽ per se dicimus quæ nulla interpretatione vt intelligant̃ indigent. Eiusmodi sunt hõ. equa & aial reliqua nihil. n. boꝝ interpretatiõe indiget Ea vero ad aliud dicunt̃: quę interpretatiõe quadã egent: vt ẽ maius aliquo & aliquo celerius & melius & hmõi reliqua. Namqꝫ & maius minore maius ẽt & celerius aliquo est celerius: & in hunc modum cætera. Ita & priora diuidebat fm Aristotelem. Fuit aũt & alius Plato philosophus Rhodius panætij discipulus: vt ait seleucus grammaticus in primo de philosophia libro: & alius peripateticus de Aristotelis ludo: & alius praxiphanis discipulus: & alius poeta priscæ comœdiæ.

¶Laertij Diogenis Liber quartus Incipit. ¶Speusippus Atheniensis.

q

Væ de Platone dicenda erãt ꝓ viribus diximus: quid de eo viro singuli sensissẽt studiose in vnũ corpus colligentes. Successit aũt ei Speusippus eurymedontis filius Atheniensis. Pago myrrhinusius & Platõis ex sorore natus. Octo aũt ãnos scholæ Platonicæ magister fuit: a cẽtesima octaua olympiadæ initium sumens. Gratiarumqꝫ signa in schola collocauit: quæ fuit a Platone ĩ academia cõstructa: perstit neaũt intra Platonis dogmata: & si moribus eiusmodi non fuit. Namqꝫ & iracũdus erat: & volnptatibus dederat manus. Deniqꝫ aiunt illum ira concitatum Catulum in puteum iecisse: voluptateqꝫ delinitum in Macedoniã ad Cassandri nuptias ꝓfectũ ee: Fertur & Platonis discipulas Lastheniam mãtiniacã: & Axiothecam philiasiam ipsum quoqꝫ audiuisse: Quo ẽt tempore Dionysius ita ad illum mordaciter scribens ait: & ex archade discipula tua philosophiã discere possumus. Et Plato quidẽ gratis sua limina terrẽtes docebat. Tu vero tributa exigis: & a volẽtibus: at nolentibus accipis. Primus hic: vt ait Diodorus in primo commentarioꝝ ĩ disciplinis quid esset commune vestigauit. Easqꝫ

quantum fieri poterat sibi inuicem iunxit: atq; foederauit. Primus item quæ ab Isocrate dicebant arcana edidit: vt cæneus refert: ac primus quo pacto ex gratilioribꝰ lignis capacia: & i ventré tumentia vascula fierent inuenit. Cũ vero iam paralysi corpꝰ illi oẽ resolutũ ferme esset: accersito xenocrate orauit vt sibi in docẽdo succederet. Aiunt illũ cũ vehiculo ferret i academiã: obuium habuisse Diogenẽ: & cũ illi salue dixisset. Hoc ab eo responsum accepisse. At tu nequaquã salue q eiusmodi cũ sis viuere sustines. Demũ vero mœrore ipulsum: cũ iã senio cõfectus esset mortẽ sibi spõte cõsciuisse. Porro Plutarchus in vita Syllæ ac lysandri pediculis efferuescẽtibus illũ interisse ait. Erat. n. corpore fragili vt ait Timotheus in libro de vitis: hic ad diuitẽ amantẽ deformẽ mulierem ait. Quid tibi istac opus ẽ: ego tibi decẽ talẽtis formosiorẽ inueniã. Reliquit aũt cõplura cõmentaria & dialogos plurimos: inter quos & Aristippus cyrenæus ẽ: de diuitijs vnũ: de voluptate vnũ: de iusticia vnũ: de philosophia vnũ: de amicitia vnũ: de diis vnũ: philosophus vnũ: ad Cephalũ vnum: Cephalus vnũ: Clinomachꝰ siue Lysias vnũ: Ciuis vnũ: de aĩa vnũ: Cõmentarioꝝ ad Gyllũ vnũ Aristippus vnũ: repræhensio artiũ vnũ. ὑπομνηματικοί. Dialogi artificiales vnũ: Dialogi eaꝝ reꝝ q̃ sũt i quaq; re similes decẽ: Diuisiones & argumenta ad similia: De generibus & speciebus exemplarioꝝ: ad Amartyꝝ: Platonis laudes: Epistolæ ad Dionẽ Dionysiũ Pphilippũ: de legis sanctiõe: Mathæmaticus mãdrobulus: Lysias diffinitiões: Cõmentarioꝝ: ordines: versus plurimos. Ad hunc Symonides scribit hystorias: in qbus Dionis: ac Bionis gesta signauerat. Eius libros Aristotelẽ tribus talẽtis emisse Fauorinus in secundo cõmentarioꝝ auctor ẽ. Fuit & alter Speusippus medicus Europhileus Alexandrinus.

ℭXenocrates Calcedonius.

Enocrates Agathenoris filius calcedonius a primis ferme annis Platonis auditor fuit. Eiq; in Siciliã ꝓficiscenti comes itineris adhæsit. Erat ãt hæbes ingenio ac tardus: adeo vt cũ illũ Plato aristoteli cõferret: alteꝝ freno: alteꝝ diceret egere calcaribus. illudq; cui equo: quẽ asinũ iungo. alioquin seuero semp ac serio habitu & ore perdurabat: ita vt sæpe ad illum Plato diceret xenocrates gratijs sacra fac. Vixit aũt vt plurimũ in academia. Si qñ vero ad vrbem ꝓfecturus esset: turbas oĩs tumultuosoꝝ ac impudicoꝝ eius obseruare transitum solitas tradunt: eius inquietandi gratia: phryaen deniq; nobile scortũ illum aliqñ tentauisse: cũ videlicet a qbusdam dedita opera insectaret ab eo itra ædiculã admissam humanitatis cã: cumq; solus illic & vnicus lectulus esset oranti lectuli ipsius partẽ concessisse. demum cũ multa nequicq̃ orasset infecto optre ꝓfectam esse: ac dixisse percõtantibus: se non a viro sed a statua exire. Quidã vero discipulos Laidem illi intecisse in lectulũ tradunt: illuroq; adeo fuisse continẽtem vt cũ se ad libidinẽ icitari præsensisset: & secare & vrere verenda sæpe pateret. Tanta vero illius verbis fides habebat: vt cũ iniuriat i nullius testimoniũ admitteret huic soli remiserint Atheniẽses iusiurandum. Erat præterea maxime frugi: ita vt cũ illi Alexander magnã pecuniæ summã misisset sublatis solũ tribus milibus atticis reliquũ remiserit dicẽs illi opus esse pluribus: q plures enutriret. Ab antipatro quoq; sibi missam pecuniam nõ suscepisse mironianus in similibus testat. Corona quoq; aurea donatũ præmio. s. imodicæ potationis ab his q se continebant apud Dionysium: cũ inde esset profectus: eam ante Mercuriũ deposuisse: vbi floreas etiam coronas ponere solitus erat. Missum illũ cũ cæteris legatũ ad Philippum fama ẽ: ac reliquos quidẽ donis emollitos & cõuiuia celebrasse: & cũ illo sępe i colloquiũ venisse cũ vero hoꝝ neutꝝ fecisse: Neq;. n. illũ ideo Philippꝰ admiserat. Quo circa & Athenas reuersos legatos dixisse Frustra xenocratẽ secũ iuisse: & cũ illi parata iã esset mulcta: cõperto cul

lo vt sese res haberet monente tunc maxime reipub. curam hẽdam. Quippe philip-
pum cæteros donis corrupisse: se vero nulla rõne inclinare ad suũ cõsensum posse perui
disse. Ea ex re duplici honore honestatũ asserunt. Philippũ quoq; postmodũ dixisse so
lum xenocratem ex oĩbus q ad se venerant legatis munera spreuisse. Ad antipatrũ quo
q legatione functus vt q ex atheniensibus in bello Lamiaco capti fuerant redderet: ab
eo inuitatus ad cœnã: hisce ad illum metro verbis vsus est.

Quis prius o circe: premerent si corda pudores.
Inter vina piger posset recubare dapesq;.
Quam socios ex omni ereptos clade videret.

Quibus doceret nõ se prius cõuiuio exurrectuᵹ: q̃ qd' petebar impetrasset inimicosq;
ac eius absolutos videret eius hanc dexteritatem ille perlibẽter amplexus oẽs cõtinuo
absoluit ac remisit. Cum aliqñ passer accipitri futurus præda se in eius sinum recepis-
set: operuit ac fouit dicens nõ oportere supplicem ꝓdere. Cum a bione obiurgaret: nõ
tibi inquit respondebo equidẽ. Nam neq; tragœdia cõmœdiam cum ab eo lacesit' re-
sponsione dignat'. ad eum qui neq; musica: neq; geometria neq; astronomia istructus
mis neq; disciplinis indigētem: sapiētemq; sibi ipsi sufficere. Sua quippe esse quæ alioꝝ sunt oīa: Gloriæ priuationē bonū esse labori simile: sapiētem non ſm cōstitutas leges victurum: sed iuxta virtutis normā: ducturumq; vxorem procreandorū liberoꝝ causa: formosissimisq; cōgressurū mulieribus atq; amaturū. Solum quippe scire sapiētem quæ nā sit amanda. Inscribit illi Diocles & ista. Sapiēti.n. peregrinū aut nouū nihil: nec indignus est q ametur vir bonus. Studiosi amici sunt facere qui animosi vna & iusti sunt. Virtutē arma ēē quæ tolli non possint. Præstat cū paucis bonis aduersus malos ōēs: q̄ cum multis malis aduersus paucos pugnare. Sollicite obseruare inimicos: primi.n. peccata sentiūt. Iustū virum pluris faciendū q̄ propinquū. Viri ac mulieris virtus eadē. Bona pulchra: mala esse turpia. In qua oīa aliena puta atq; peregrina: murū tutissimū prudētiam esse: neq;.n. decidere neq; prodi: mœnia struēda in nostris inuolabilibus cogitātibus. Differebat aūt in gymnasio qd cynosarges appellat̄ non longe a ianuis. Vnde quidā cynicam sectā appellatā volūt: ipseq; cognominabat̄ Haplocyō ac prius palliū vt ait Diocles duplicauit: ipsoq; solo vtebat̄: baculūq; sumpsit ac peram. Primus aūt & Neāthes tradit simplicis quoq; pallij vsum habuisse. Porro Sosicrates in successionū tertio. Diodoꝝ aspēdiū: & barbā dimisisse: & baculo: & pera vsū esse ait. Hūc solū ex oībus Socraticis Theopōpus laudat dicēs fuisse acutissimū & ex suauitate colloquij quēlibet capere ac traducere quo vellet: Liquet id aūt ex libris suis: atq; ex illo Xenophōtis symposio: videturq; & virilis sectæ stoicæ prīceps fuisse. Quo circa & athæneus poeta epigrāmatū sic de illis ait. O stoicaꝝ reꝝ peritio: qui præclara dogmata sacris paginis imposuistis virtutē vnicum animæ bonū. Hæc.n. sola virorū & vitā liberauit & vrbes. Carnis aūt amicam voluptatē finem viris alijs vna memoriæ peregit filiaꝝ. Hic & Diogeni trāquillitatis: & crati continētiæ: & Zenoni tollerantiæ dux & auctor fuit ipse qui ciuitati fūdamēta subiecit. Enimuero Xenophō suauissimū in colloquio fuisse ait: atq; in rebus alijs continentissimū. Ferunt̄ & ipsius scripta tomi .x. Primus ī quo de dictiōe siue de figuris: Aiax siue aiacis oratio. Vlyxes siue de Vlyxe. Orestis defensio: de causidicis. Isographæ siue desias siue Isocrates. Aduersus Isocratis. ταμαρτυρον. In secūdo tomo de animaliū natura: De pcreatiōe filioꝝ: siue de nuptijs: siue amatorius. De sophistis. φυσιογνωμονικος. Exhortatorius primus: secūdus: tertius: de Theognide.v. Tomus tertius: in quo de bono: de iusticia: de fortitudine: de lege siue de republica. de lege siue honesto & iusto. de libertate & seruitute. de fide: & curam re: de interrogatiōe: de victoria: æconomicus. In quarto tomo Gyrus. Hercules maior siue de fortitudine. In qnto tomo Cyrus siue de regno aspasia. In sexto tomo veritas. De disserendo. αντιλογικος. Sathō de cōtradictiōe. iij. de locutiōe. In septimo tomo de disciplina: siue de noibus.v. de moriēdo. De vita & morte: de his quæ sunt apud inferos. De vsu noium: siue contētiosus: de interrogatiōe & responsiōe de opinione & sciētia quattuor: de natura duo: Interrogatio de natura duo. Opiniões siue cōtētiosus: de adiscēdo ꝓblemata. In octauo tomo de musica: de expositoribus: de Homero: de iniusticia & impietate. de Calchāte: de explotatore: de voluptate. In ix. tomo de odyssea: de virga Mineruæ: siue de Telemaco: helena & Penelope. De Proteo. cyclops: siue de Vlyxe: de vini vsu: siue de ebrietate: siue de cyclope: de Circe. de apharao: de Vlyxe & Penelope: de cane. In.x. tomo hercules: siue Midas: hercules siue de prudētia: siue de fortitudīe. Dn̄s siue amās. Dn̄s siue exploratores. menexenus siue de iperio. Alcybiades. Archelaus siue de regno. Atq; ista quidē scripsit. Timō aūt ob multitudinem eoꝝ quæ scripsit increpās illum ingeniosum nugatorē eum dixit. Obijt morbo quo tēpore diogenes ingressus ad illum dixit. Num amico opus

est: Aliquando item intrauerat ficcam habens ad quem ille cum diceret: quis me dolo
ribus absoluet: ille ostensa ficca hæc inquit: & ille doloribus dixi nõ vita: videbat͛ eum
ferme mollius præferre morbum præ amore vitæ.

Est tibi vita causis mordaci natus in ore.
  Non tñ vt rabido pectora dente petas.
Phthisicus extinctus: forsan quis dicere posset.
  Cõuenit ad stygium flumen habere ducem.

Fuerunt aũt & alij antisthenes tres. Vnus de schola Heracliti: Ali9 ephesius. Tertius
rhodius quidam historicus. Qm̃ vero eos qui ab Aristippo fluxere: ac phædone trãse
gimus: age nũc illos q ab antisthene venerũt: cynicos: ac stoicos hoc ordie adijciam9.

Diogenes.

Iogenes Icæsij Mensarij filius Synopeus fuit. fugisse illum cũ pater eius pu-
d blice mẽsam haberet: ac falso pecuniã signaret. Diocles auctor est. Porro Eu
bulides in libro de diogene diogenẽ ipsum hoc fecisse ait atq; cũ patre vna pul
sum fuisse. Ipse quoq; in pordalo de se ipso ait falso signare monetã. Quidam vero cũ
cũ curator effectus esset persuasum ab opificibus aũt venisse delphos: atq; delũ in pa-
triam Appollinis. percõtatumq; esse an id ageret quo dei suaderet͛: quod cum sibi per
missum esset de ciuili moneta æs adulterasse: deprachẽsumq;: vt quidã volũt: exilio dã
natũ esse: vt aũt alij putant: metu perteritũ sponte patriam liquisse. Sũt qui dicant il
lum a patre acceptã pecuniam adulterasse: atq; illum quidẽ i carcere diem obisse: hũc
autem effugisse: profectũq; delphos sciscitatũ esse nõ verum pecuniã falso signaret: ve
rum quid faciẽs clarissimus futurus eẽt: atq; ita hoc oraculũ cœpisse. Cũ vero athenas
cõcessisset: conuenit antisthenẽ. Eum ille cũ repelleret. quippe ex cõstituto suo neminẽ
recipiebat: vicit perseuerãtia sua. Illo siquidẽ aliqñ intentãre baculum: subiecto capite
cęde inquit. Non. n. ita durũ baculum reperies: qui me abs te quãdiu aliquid dixeris ar
cere possit. Hic iam auditor illius factus ẽst: ac veluti profugus ex patria se ad victum
simpliceem cõtulit: cõspecto: vt Theophrastus ait in megarico mure discurrente: q ne
q; cubiculũ inquireret: neq; tenebras reuereretur: neq; aliquid co4 quæ ad vescẽdũ ido
nea videretur appetere: vnde & casus suos cõsolatus est. Palliũ vt quidã volunt. prim9
duplicẽ in vsu habuit: ob necessariũ vsum: vt q; illo se dormiẽs obuolueret perãq; tulit i
qua & cibos ferebat: omniq; ad oĩa vtebatur loco & prandẽs & dormiens: & loquens.
Quo circa & atheniẽses aiebat Iouis porticũ ostendẽs sibi cõdidisse habitaculum. Ac
baculo quidẽ primũ innitebatur: cũ infirmus esset: deinceps aũt eum semper ferebat:
non quidẽ in vrbe: sed inter agens: ipsumq;: ac perã: vt refert Athenodorus atheniẽsiũ
princeps: & Polycuctus rhetor & Lysianias æschriotis filius. Cum aũt ad quendam
scripsisset: vt sibi pararet cellulam: & ille tardius id exequeret͛: doliũ quod in metroo
erat ꝑ domo habuit: sicut & ipse in epistolis scribit: atq; æstate quidẽ sese in feruida are
na voluptabat: hieme vero statuas niue perfusãs cõplectebatur: omni ex parte seipum
ad labo4 tolerãtiam exercẽs. Acer item erat in despiciẽdis alijs. Vnde & Euclidis scho
lam alludẽs ad nomen cholen. i. bilem appellabat: & Platonis auditoriũ consumptio
nem: Dionisiaca & certamina magna miracula stulto4 dicebat: oratoresq; turbæ mi-
nistros: dicebat autẽ cum intueretur in vita gubernatores medicos atq; philosophos:
aĩalium oĩum sapientissimũ hoĩem esse. Cũ aũt inspiceret somnio4 interpretes cone
ctores vates vel huiusmodi cæteros: vel qui gloriæ: aut diuitijs addicti essent: tunc de
mum nihil se inanius existimare hoĩe aiebat: arbitrari se in vita sæpius parãdum verbũ
q̃ laqueum. Intuitus aliquãdo Platonem in cõuiuio magnifico: gustãtem oleas: quid

inquit sapiens vir in Siciliam huiusmodi mensuram gr̃a ,pfectus appositis modo non
fueris: Et ille at Hercules inqt Diogenes & illic oleis & reliqs eiusmodi pluribus ve-
scebar. Et ille qd inquit Syracusas nauigare oportebat: an tunc attica oleas nõ ferebat:
Fauorinus in oĩmoda historia aristippum hoc dixisse tradit: aliasq; caricas comedens
obuiauit illi: dixitq;: licet tibi degustare q cum acceptas edisset: degustare dixi: non de
uorare. Calcans ipsius aliqñ stratum: pręsentibus dionisij amicis quos ille inuitarat di
xit: Calco Platonis mãne studium: ad quem Plato: quãto inquit o Diogenes fastu tu
mes: dũ superbiam te calcare putas. Alij Diogenem hoc dixisse ferunt. Calco Plato-
nis fastũ: illumq; respodisse: at fastu alio diogenes. Porro Sotion in quarto refert hoc
illi dixisse Platõem cynicum. Vinum aliqñ postularat ab eo diogenes atq; caricas. At
ille Lagenam ĩtegram misit: ad quẽ Diogenes inquit: siquidem rogatus fueris duo &
duo sint: respondes viginti: ita neq; ſm ea quæ posceris das: neq; ad quæ rogaris respõ
des: obiurgabat aũt illum vt verbosum. Interrogatus vbinam gręcię viros vidisset bo
nos: viros quidẽ ait nusq̃ sed lacedæmone pueros vidi. Cum serio qñq; loqueretur: ne-
moq; sibi ītẽderet: sese ad sonum musicum contulit. Congregatis autem ad se pluri-
mis exprobrauit: vt q ad inepta studiose concurrerent: ad ea vero quæ grauia essent &
vtilia negligenter conuenirẽt: Dicebatq; de fodiendo & calcitrando certare homines:
vt autem boni & ,pbi fierent curare neminem. Grammaticos admirabaẽ q; cum Vly
xis mala requirerent: sua ignorarẽt. Musicos itidẽ in ius vocabat: q; cum lyræ cordas
congrue aptarẽt: animi mores incõcinos haberent. Sed & mathematicos carpebat: q;
solem & lunam & sydera intuẽtes: quę ante pedes essent negocia negligerẽt. Oratores
ĩtagebat q; studerent iusta dicere: non aũt & facere. Cupidos quoq; q; pecuniam vitu
perarent: ac summe diligerẽt. Reprehendebat eos q iustos q; pecunias cõtemnerẽt lau
dabant: pecuniosos aũt imitari satagebãt. Stomachabaẽ eis qui ,p bona valetudine sa
cra facerẽt: inter sacrificia cõtra sanitatẽ cœnarent. Seruos admirabaẽ qui cum edaces
homines cernerẽt: nihil diriperent ciboꝝ. Laudabat qui uxores ducturi fuissent & nõ
ducerent: & qui nauigaturi nõ nauigarent: quiq; accessuri ad rẽpu. minime accederẽt:
& qui pueros habituri in delitijs se cõtinerent: & qui se cõponerent ad conueniendum
regibus: neq; tñ accederent. Dicebat manus ad amicos nõ complicatis digitis extendi
oportere. Refert Hermippus in vẽditione diogenis: q; captus ac venditus: cum roga-
reẽ quid sciret agere responderit: scire se viris ĩperare: atq; ad præconem prædica inquit
quisnam sibi dominũ emere vult. Sedere ,phibitus nihil ĩquit refert: nam & pisces quo
mõlibet iaceant emi. Mirari dicebat cũ ollam quidem ac operculum non sine tactu ac ti
nitu emamus: solo in hoĩe emẽdo aspectu cõtenti sumus. Dicebat Xeniadæ emptori
suo: ipsum sibi quãuis esset seruus obtemperare oportere. Nam & medicus & guber-
nator si seruus sit: vtiq; sibi pareẽ. Eusebulus vero in libro q inscribiẽ Diogenis vendi-
tio ita filios Xeniadæ instituisse ait post disciplinas reliquas equitare: arcus intendere:
fundas rotare atq; iaculari. Deinde in palestra nõ permittebat pedronue eos ĩ morem
athletaꝝ exercere: sed id roboris tñ & bonæ valetudinis gr̃a. Tenebant vero pueri poe
taꝝ: ac scriptoꝝ alioꝝ ipsiusq;: Diogenis plura memoriter: oẽmq; illis doctrinæ rõnẽ
vt facile memoria tenereẽ: breuiter collectã insinuabat. Domi quoq; ministrare doce
bat cibo leui: ac vili cõtentos & aqua. Tonderi ad cutem faciebat: incõpositosq; dedu-
cebat: ac sine tunicis & calceis tacitos: ac se tñ in via intuentes. Educabatq; eos sed ad
venationes. Econtra illi Diogenis curã habebant: parentibusq; cõmendabãt. Senuisse
ipsum apud Xeniadẽ idem ipse auctor ẽ: ac vita functũ a filijs eius fuisse sepultũ. Vbi
Econtrãte Xeniade quõ se sepeliri mallet. in faciẽ inqt. Illo cãm interrogante: qm̃ ĩquit

post modicū in īferiora conuertenda sunt. Dixit aūt hoc qa: macedones iam obtinerēt:
atq; ex humilibus sublimes fierēt. Cū se quispiā in domū magnifico instructā appara-
tu induxisset: & spuere vetaret: posteaq̄ excreauit: in illius faciē sputa coniecit: deterio-
rem locū vbi spueret se nō inuenisse dicēs: alij aristippo id applicant. Cū: clamasset ali-
qn̄ heus hoīes: cōuenissentq; plurimi: virga illos agebat dicēs hoīes nō purgamenta vo
caui. Ait hoc hecato in pº de vsu. Alexādrū dixisse ferunt: q̄ nisi alexāder esset Dioge
nē se esse voluisset. Debiles dicebat nō surdos aut cæcos sed īpentos vel q peram non ha
berēt. Ingressus aliqn̄ semitōso capite conuiuiū iuuenū plagas retulit. Postea noīa il-
lo⁊ q se ceciderant īscribens circuibat ea præ se ferēs. Ita illis vicē contumeliæ reddidit:
dū reprahēdendos & obiurgādos oib⁹ exposuit. Dicebat se canē esse laudabilium: sed
laudato⁊ neminē secū ad venandū exire præsumere. Dicēte quodam viros se in pythia
vincere. viros equidē inqt. sed tu mancipia. Cū diceret̄ sibi: senex es: iā quiesce a labore
qd. n. ait si in stadio currētē: ad finē oporteret cursum remittere: & nō magis intēdere:
Vocat⁹ ad cœna affutu⁊ se negauit: neq;. n. sibi priore die gratiā decreuisse. Nudis pe
dib⁹ calcabat niuē: & alia q̄ prædicta sūt: crudas itē carnes edere conatus ē: sed i eo nō
pstitit. Offendit aliqn̄ Demosthenē oratorē in diuersorio prandentē. Illo aūt ceden-
te: tāto inqt magis in diuersorio futurus es. Peregrinis aliqn̄ Demosthenē videre cupiē
tibus mediū intēdens digitū: hic ait vobis ē Atheniensiū orator. Panē eijciente quodā
& resumere erubescēte: corripe illū volēs: vrcei collū per figuli trahebat officinā: Imi-
tari se dicebat chori magistros. Illos. n. tonū excedere: vt reliqui congruū tonū attin-
gerent. Plurimos aiebat insanire p̄ter digitū. Si quis igit̄ mediū digitū ptendēs pgat:
insanire videbit̄: sin aūt indicē nō ita: Quæ sunt p̄ciosissima ea minimo vēire & ecōtra:
Deniq; statuā tribus milib⁹ emi. farinæ vero choenicē duob⁹ æreis. Ei q se emerat Xe-
niade dixit. Age vt qᵈ præcipit̄ facias. dicēte illo sup flumina pgunt fontes. At si me-
dicū ait æger emisses: nō illi obtēperasses. sed diceres sup flumina pmeāt fontes. Vole
bat quispiā apud se philosophari: cui ille pernā dedit: ac sequi se iussit. Vt aūt ille pręue
recūdia abiecto qᵈ ferebat abscessit: post aliquantulū tēporis: occurrens illi ridēs ait:
Tuam & meā amicitiā perna dissoluit. Enim vero diocles eā rem ita describit: Dixerat
illi qdam iube nobis diogenes. At ille ei abducto casei frustū ferendū dedit: illo renuē
te: meā inqt ac tuā amicitiā modicū casei rupit. Intuitus aliqn̄ pue⁊ concaua bibētem
manu cotylā pera pductam abiecit dicens puer me vilitate superauit; piecit & catinū
eodē studio cum vidisset pue⁊ vasculo p̄facto concauo pane lenticulā suscipientē. Ra
tiocinabat̄ aūt in hunc modū. Oīa deo⁊ sunt: dijs aūt amici sapientes sunt. Sunt aūt
amico⁊ cuncta cōia: oīa igitur sapientū sunt. Inspexerat mulierē inhonestius dijs pci-
dentē. Eius igit̄ supstitionē auferre volens: vt Zoilus pgeus ait: accurrit dicens Non
vereris mulier ne forte stāte post tergum deo: cuncta. n. plena ipso sūt: inhonesta te ha
beas. Asclepio pcussorem sacrauit qui pcumbentes in faciem accurēs contereret. Sole
bat. n. dicere īprecationes tragicas sibi occurisse: esse. n. sine domo: sine ciuitate: priua
tum patria: pauperē: pallantē: vitam in dies habentē. Aiebat se obicere fortunæ qdem
confidentiā: naturā legi: perturbationi rationē. Ad solē sedenti sibi assistens Alexāder
ait: pete a me qᵈ vis: at ille noli inqt mihi vmbrā facere. Legerat quidē diutissime: cū-
q; ad finem libri nihil vltra scriptū esse ostēderet: bono inquit este animo viri terrā ime
or. Raciocinanti cuidā & concludēti illum habere cornua manu frontē palpans equi-
dē inqu t illa nō video similiter & dicēte sibi quodā non esse motum: exurgens ambu-
labat. Ad eū qui de cælestibus disserebat: quādo inqt de cęlo venisti: Spadone quodā
stolido domui suæ inscribente nihil ingrediat̄ malū: dominus ait domus vbi nā ingre

dicẽ. Vnguento inungens pedes dixit: a capite qdem in aerem ascendere vnguentum:
sed a pedibus in olfatum ire. Rogãtibus atheniẽsibus: vt iniciaretẽ: atq; dicentibus nũ
apud inferos hi q iniciati sunt: prẽsidẽt: pridiculũ est inqt: siquidẽ Agesilaus & Epami
nũdas in cœno degent: viles aũt quicq; initiati in beatoꝝ insulis erunt. Muribus ad ipsi-
us mensam subrepentibus: ecce inqt & Diogenes parasitos nutrit Platone canẽ ipsum
appellante: sane inqt: nã equidẽ ad venditores remeaui. Et balneis exiens pcontanti an
multi hoĩes lauarẽt negauit: adijcienti nũ turba multa: confessus ẽ: Platone ita diffini
ente: hõ est aĩal bipes sine pẽnis: cũ placeret ista eius diffinitio: nudatũ pẽnis: ac pluma
gallũ gallinaciũ in eius inuexit scholã dicens: hic Platonis hõ ẽ: vnde adiectũ est diffi-
nitioni lati vnguibus. Interroganti quanã hora prandere oporteret: si diues inqt ẽ qñ
vult: si paup cũ põt. Apud megarẽses intuitus oues pellibus tectas: illoꝝ aũt filios nu
dos ait: pstat megarensis arietẽ esse q̃ filium: ad eũ q se trabe cõcusserat: at postmodũ
dicebat caue: nũ inquit iteꝝ me ferire vis: aiebat oratores qdem plebis ministros: coro
nas aũt gloriæ bullas. Lucernã interdiu accẽdens: hominẽ aiebat quæro. Stabat aliqñ
manãtibus perfusus vndis: bis vero q circunstabãt illũ miserantibus. Plato nam & his
aderat: si vultis inqt illum miserari habite: gloriæ illius cupiditatẽ ĩsinuans: Colaphũ
a quopiã accipiẽs: hercules ĩquit cuiusmodi me latebat res q operto pgerem capite.
Midia quoq; ipsum colaphis agente ac dicẽte tria milia tibi in mẽsa posita sunt: postri
die sumpto pugilũ cæstu cæso q; illi dixit tria milia tibi in mẽsa sunt posita: Lysia phra
macopola sciscitãte an deos esse crederet: quomõ inquit non credo q te dijs inimicũ pu
to: alij Theodoꝝ hoc dixisse ferunt. Quendã intuitus se vndis respergentẽ ait. O infœ
lix an ignoras qñ vt grãmaticæ peccatis: ita respgens minime eripis: ita nec vitæ crimi
nibus euades liber. Culpabat maxime si q fortunã causarentẽ: dicens homines quę sibi
bona viderentẽ: non q̃ re vera bona essent postulare: eis vero qui sequerentẽ somnia dice
bat: ea qdem q̃ agitis ni in somnis qdem vt corrigatis cogitare vultis: quę vero dormiẽ
tes cernitis ea curiose disquiritis. In olympia buccinãte præcõe. Dioxippus viros vin
cit. hic ait mãcipia: sed ego viros. Amabatẽ aũt & ab Atheniẽsibus. Deniq; adulescenti
eũ dollium illius cõtriuisset: plagis intulerunt: illiq; aliud dederũt. Refert Dionysius
Stoicus illum post Chæroniã depræhẽsum abductum esse ad Philippum a quo quid
esset interrogatus: explorator inquit pinsatiabilis auiditatis tuæ. ex quo admirationi
habitus liber dimissus est. Miserat aliqñ Alexander epistolam athenas ad Antipatrũ
per Athliã quẽdam: aderat Diogenes atq; ad vocabulũ alludẽs: quippe athlios infœ-
lix dicitẽ. Athlias ĩquit p athliũ ad athlium: perdica cõminãte nisi ad se pergeret illũ se
occisuꝝ: nihil inqt magnũ facies. Nã & cantharus & phalãgiũ id facerẽt. Illud vt poti
us intẽtaret monebat: quod si & absq; se viueret: fœliciter victurus eẽt clamabat aũt sę
pius dicẽs hoĩum vitam facilẽ a dijs dari: veꝝ occultari illã quærẽtib9 mulsum vnguẽ
ta & his similia. Vnde & ei quia famulo calciabatẽ nõdum ait beatus es: nisi te etiã ab
stergat: hoc aũt erit si mãcus fueris. Cũ vidisset aliqñ magistrat9 qui hierõnemones di
cebãtur: quẽdam ex ærario phialam furatũ adducentes: magni inquit fures paruũ du
cunt. Intuẽs aliquando adulescẽtem lapides in crucẽ iacientem: euge inquit scopo enim
potieris. Circũstantibus se adulescẽtibus: atq; dicẽtibus cauebimus ne mordeas nosẽ
bono inquit estote animo filioli: canis betas minime mãducat. Glorianti cuidã q leo-
nis pelle tegeretur: desine inqt virtutis stramẽta confundere. Beatus dicebatẽ Calisthe
nes q magnificis ab Alexãdro apparatibus exciperetẽ. At ille infœlix inquit est qui tũ
prandet: ac cœnat cũ Alexãdro videtur. Cum pecunijs egeret eas se ab amicis repetere
nõ petere dicebat. Quãdoq; in foro manib9 operãs vtinam aiebat liceret sic perficato

ventre non esurire: adulescentem intuitus cum Satrapis ad coenam abeuntem: abdu
ctũ ad suos reuocauit: obseruariq; iussit. Composito adulescenti quidpiã roganti nõ
antea se dixit responsurũ: q̃ aperte exploraret vir ne esset an mulier. Plaudenti lasciuius
in balneo adulescẽti: quãto inquit melius: tãto deterius: Inter coenandũ ossa illi quidã
vt cani iactabãt: at ille propius accedẽs iuxta illos mingebat vt canis. Oratores atq;
oẽs in dicendo gloriã quærẽtes ter homines ꝓ eo q̃d' est ter infelices appellabat: Diui
tem indoctũ ouẽ aureo vellere dicebat. Cũ vidisset luxuriosi cuiuspiã domui inscriptũ
venalis. sciebã inquit qa vini crapula obsessa facile dominũ euomeres. Causanti adule
scẽti pturbantiũ se multitudinẽ: desiste inqt: & tu pturbationis indicia ꝓferre. Ingressus
sordidũ balneũ qui hic se lauant ait vbi lauant'. Cum rudẽ pinguemq; citharœdũ oẽs
causarent': solus ipse laudabat. Rogatus q̃obrẽ: ait q; talis cum sit: cithara se nõ latro
ciniis exerceret. Citharœdũ qui semper ab auditoribus deserebat' ita salutabat: Salue
galle: illo aũt dicente: cur ita: qa inquit canens oẽs excitas. Cũ adulescẽtẽ plurimi in
spicerent. ille sinũ lupinis cõplens se incuruabat: multitudine in eum cõuersa mirari se
dixit quomõ illo dimisso se intuerent'. Dicente sibi quodã valde superstitioso vno ictu
caput tibi pfringam: at ego inquit a sinistris adstans te tremere faciã. Hegesia se depre
cante vt sibi librorũ aliquid exponeret. vanus inqt es Hegesia: qui caricas qdem nõ scri
ptas eligis: sed veras: vera aũt excitatione neglecta te ad scriptam cõfers. Ei qui sibi exi
lium exprobrabat. at huius inqt miser cã philosophatus sum. Alio rursus dicẽte sino
pei te exilii arguũt: & ego illos inquit moræ. Intuitus aliqñ olympionicẽ oues pascen
tem q̃ cito iquit ab olympiis ad nemea te cõtulisti. Rogatus cuius rei gratia athletæ in
sensibiles sunt: qa inquit suillis ac bubulis carnibus instructi sunt. Petebat aliqñ statu
am: rogatus cur hoc faceret: vt me inquit nõ potiri assuefaciam: Cũ postularet quem
piam: quippe & hoc primũ agebat ꝓpter inopiam: dicebat si qdem & alii dedisti & mi
hi da: si vero nemini a me incipe. Interrogatus aliqñ a tyranno cuiusmodi ære præsta
ret statuam sculpere: quo inquit Harmodius & Aristogiton fusi sunt. Rogatus quo
mõ Dionysius amicis vteret': vt vasculis ait: dum plena euacuat. & abiicit vacua. Inscri
pserat quidã domui suæ vxore nuper ducta. Iouis filius Callinicus Hercules hic habi
ta: nihil ingrediat' mali: inscripsit ipse: post bellũ societas. Cupiditatẽ arcem oium ma
lorũ dixit. Luxuriosum intuitus oleas in diuersorio edentem si sic prandisses ait: nõ ita
coenares. Bonos viros effigies deorũ esse amorẽ vacantium occupationem. Rogatus
quidnam esset in vita miserum: senex ait egens. Quæ nam pniciosissime morderet bel
lua: ex feris inquit obtrectator: ex mitioribus autẽ adulator. intuitus aliqñ centauros
duos pessime pictos ait: quis horũ deterior est? Sermonem ad gratiam instructũ mel
leum esse laqueum dixit. Ventrem vite carybdim appellabat. Audiẽs didymonẽ mæ
chum fuisse comprehẽsum: dignus ẽ inquit ex ipso nomine suspendi. Rogatus cur pal
lens esset aurũ: quia multos habet insidiatores. Mulierẽ in lectica intuens non sm ferã
ait esse caueam. fugitiuũ seruum ad puteũ sedentem vidẽs caue inquit adulescens ne in
cidas. Cernens vestimentorũ furem in balneis: num inquit ad vnguentum: an vero ad
aliud vestimentũ? Cum vidisset aliquãdo mulieres ex oliuæ arbore pẽdere suffocatas
vtinam inquit arbores cæteræ fructũ huiusmodi tulissent. Intuitus sepulchrorũ viola
torem: quid hic ait tibi vis optime: aut quem prædari paras defunctorũ virorũ. Roga
tus num seruulum aut ancillam haberet: negauit: dicẽti si ergo mortem obieris: quis
nam te ad sepulchrum efferret? qui domo iquit indiget. Cum animaduerteret formo
sum adulescẽtem passim: & sine custodia obdormientẽ manu pulsans excitauit dicẽs:
ΜΗΤΙΣ ΣΟΙ ΕΥΔΟΝΤΙ ΜΕΤΑΦΡΕΝΩ ΕΝ ΔΟΡΥ ΠΗΞΗ. Nequis tibi quiescenti pilũ in tergum si

gat:ad eum qui preciosa parabat obsonia cito inquit morieris fili. Platone de ideis di
ferente & nominante mensalitatem & cyathitatem. Equidem inquit o Plato mensam
& cyathum video: mẽsalitatem vero cyathitatemq; non video. Et ille recte inquit qui-
bus enim cyathus: mensaq; conspicit oculos habes: quo aũt mensalitas: & cyathitas
intelligitur animum non habes. Interroganti cuidam qualis sibi videret Socrates: fu
rens respondit. Rogatus a quodam quo tẽpore ducenda sit vxor iuuenibus inquit nõ
dum: senibus vero nũquam. Interrogatus quidnam vellet vt colaphum acciperet: ga
leam inquit. Adulescentem intuens se cõponentem si quidẽ inquit ad viros frustra: sin
aũt ad mulieres nequiter. Videns adulescentulum rubore perfusum: confide ait fili:
huiusmodi ẽ virtutis color. Cum duos aliquã audisset legis peritos: ambos dãnauit di
cens: alterũ quidem furatum esse: alterũ vero nõ perisse. Rogatus cuiusmodi vinum li-
bentius biberet: alienum inquit. Dicente sibi quodam plures te irrident: at ego inquit
nõ irrideor. Dicenti malum esse viuere: non inquit viuere malum est: sed male viuere.
Consulentibus vt fugitiuum requireret seruum: ridiculum inquit ẽ si manes absq; Dio
gene viuat. Diogenes absq; mane non possit. Prãdebat oleas: inuectam vero inter prã
dendum placentam ꝓiecit dicens: o hospes hinc cito proficiscere: rogatus qualis esset
canis esuriens inquit blandus: satiatus vero moloficus. Hos permulti laudant: neq; tñ
ob laborem audent cũ eis vna ad venationem egredi ita ne mihi quidem ob dolorẽ me
cum cõgredi atq; vna viuere. Rogatus an sapientes placentis vescerent: oĩbus inquit si
cut & homines cæteri. Interrogatus cur mendicis impenderent: non aũt philosophis:
quia claudi inquit: ac cæci fieri potius q̃ philosophos euadere sperant. poscebat quiddam
a cupido: tardãte illo: ad cibum inquit hõ te postulo: non ad sepulchrum. Exprobrãti
sibi tur aliquã falso pecuniam signasset. tẽpus inquit fuit cum talis eram qualis tu mõ:
qualis aũt ego mõ sum nunq̃ tu eris. Alteri sibi idem exprobranti: nãq; inquit eminge
bam tum celerius: sed mõ non. Myndum ꝓfectus cum videret magnificas portas &
vrbem modicã: viri iquit Myndi portas claudite ne vrbs vestra egrediat. Cum vidisset
aliquã hominem in purpuræ furto deprahẽsum. Accepit te iquit purpureus obitus fa
tũq; maligna. Cratero deprecãre ad se illum ꝓficisci: at malo inquit sal athenis lingere:
q̃ penes te frui magnifice instructa mensa. Anaximenem cõueniens pingui aqualiculo
rhetorem: impartire inquit & nobis pauperibus: ventrem quippe & ipse leuigaberis: & no
bis emolumento eris. Differente illo aliquã pernã prætendens auditores in se cõuertit.
Indignante illo: disputationem inquit Anaximenis oboli precium dissoluit. Cum sibi
probro daret q, in foro manducaret: in foro.n. ait esurio. Quidam & illud huius esse
aiunt: q, intuitus illum Plato lauantẽ olera: accedens silenter illi dixerit. Si Dionysio
obsecutus esses: olera ꝓfecto non lauisses: illumq; ad aurẽ item respõdisse. Et tu si la-
uares olera: Dionysio nõ esses obsecutus. Dicenti cuidam cõplures te irrident: & illos
inquit forte asini: sed nõ illi asinos curãt subdidit ille: neq; ego illos respõdit. Conspe-
cto adulescentulo philosophante. Heia inquit amatores corporis ad animæ pulchri-
tudinem traducis. Admirante quodã ea q̃ in Samothracia sunt donaria: longe ait plu
ra essent: si & qui seruati nõ sunt: ea deuouissent. Alij Diogorẽ medo hoc assignãt. For
moso adulescẽti ad conuiuium eunti deterior inqt remeabis: illo redeũt & postridie si
bi dicẽte: & prexi: & deterior effectus nõ sum. deterior inqt quo? Postulabat ab Eury
to difficile quiddã: illo dicẽte si mihi ꝑsuaseris: equidẽ inquit si ꝑsuadere possim: suasis
sem vtiq; vti te suffocares. Reuertebat ex lacedæmone athenas: iterrogatus quo & vn
de a viris inqt ad mulieres. Rediẽs ab olympijs tũ rogaret an multa tibi turba fuerit:
turba inqt multa sed hoĩes pauci. Luxuriosos dicebat similes ficubus quæ p præcipitia

nascūť: quaꝝ fructus homo non gustat: corui autem & vultures comedunt. Phryne
scortum venerem aureā delphis obtulit: eā ille ita inscripsit. Ex græcoꝝ intēperantia.
Alexandro quoq; illi assistente ac dicēte sibi. Ego sum Alexander Magnus rex. at ego
ait sum Diogenes canis: rogat⁹ quidnā faciens canis vocareť: q̄ eis inquit blādior qui
dant: in eos vero q non dant oblatro: malos aūt mordeo. Ex ficu quadam poma lege
bat: custode dicēte huic āte paucos dies hō suspēsus est: ego inqt illā purgabo. Olym
pionicen intuēs in scortū frequenter intendentē: en inqt aries martius a puella vulgari
ꝑ collum captus abducitˊ. Formosa scorta lætali mulso similia dicebat. Prādenti ī pla
tea q circunstabāt ingiter dicebant: canis. At ille vos ait canes estis. q prandentē circū
stetistis. Cū duo molles seipsi subducerent: nolite inqt vereri: canis betā non comedit.
De puero stuprato vnde esset rogatus: tegeates iquit. Cū vidisset ignauū luctatorem
medicinā ꝓfitentē qd hoc inqd: num vt eos qui te aliqn̄ vicerunt: nūc ipse deijcias? Cū
scorti filiū in turbas iactantē lapides cerneret: caue ait ne patrē ferias. Puero ostentanti
sibi gladiū quē ab amatore accepat: gladius inquit pulcher ē sed capulus fœdus. Lau
dātibus qbusdam eū qui sibi erogauerat: me aūt non laudatis q accipere merui. Cum
a quodam pallium exigereť: si qd ait donasti habeo: sin autē eguisti vtor. Subornato
quodā dicente sibi auꝝ habet in pallio: ita sane inqt iccirco illo obuolutus obdormio.
Rogatus qd ex philosophia lucratus fuisset: & si nihil aliud inquit vel hoc ipsum ꝙ ad
oēm fortunā præparatus sum. Interrogatus vnde esset: mūdanus ait. Sacrificantibus
quibusdā vt filiū acciperent: vt inqr bonū accipiatis non imolatis. Cum stipē aliqn̄ po
sceret ait ęgrotanti: alios expolia: sed ab Hectore cōtine manus. Scorta dicebat regū
esse reginas: petere. n. quodcūq; eis videreť. Atheniēsibus Alexandrum liberꝝ patrem
decernētibus: & me inqt serapin facite. Exprobranti sibi ꝙ loca immunda introiret: &
sol inqt in secessibus abit: neq; inquinať. In fano cœnans īter panes sordidos appositos
sublatos abiecit dicēs: in sacrū nihil oportere sordidū ingredi. Dicēte sibi quodā cur ni
hil sciens philosophareť: & si inqt philosophiā simulo hoc ipsum philosophari ē. Lau
dabať puer ad illū adductus ꝙ ingenio excelleret: essetq; optimis moribus qd ergo in
quit me indiget? Qui recta dicerent nec facerent eos cytharæ similes aiebat: & hāc. n.
nihil audire: neq; sentirē. Theatrū ingrediebať ex aduerso exeuntiū. Rogatus cur ita
faceret: hoc ait in oī vita facere studeo. Videns aliqn̄ adulescentulū effœminari: nō pu
det ait deterius q̄ naturā ipsam de te ipso statuere. Illa. n. te viꝝ fecit: tu te cogis mulie
rem fieri. Intuēs insipientē aptare psalterium: nō erubescis inquit q sonos ligno aptes:
animū ad vitam non cōponas. Dicenti sibi cuidā idoneus ad philosophiā nō sum: qd
ergo inquit viuis si vt bene viuas nulla tibi cura ē? Contemnente quodā patrem: nō pu
det ait istum contēnere. q tibi vt magnum sapias est auctor. Videns decoꝝ Adulescē
tem indecēter loquentē: nō erubescis ait ex eburnea vagina plumbeū educens gladiū:
Cum ꝓbro sibi dareť ꝙ in caupona biberet: & in intōstrina tōdeor inqt. Exprobrabať
sibi ꝙ ab Antipatro accepisset palliolū: tum ille reijciēda iquit nō sunt ꝑclara deū mu
nera. Pulsante se quodā trabe: ac dicēte caue: virga illū cædēs ait caue. Supplicāte quo
dā meretrici: qd ait vis miser ꝙ ꝑster frustrati. Vnguētis delibuto vide ait ne fragrātia
capitis fœtorē vitæ ꝑstet. Seruos quidē dominis: malos aūt cupiditatibus seruire dice
bat. Rogatus cur mācipia andropoda sint appellata: qa pedes inqt habēt viroꝝ. ani
mū aūt quem tu mō habes qui hoc interrogas. A luxurioso petebat minā a quo roga
reť cur ab alijs obolū: ab se peteret minā: qa inquit ab alijs oibus denuo me accepturꝫ
spero: abs te vero an rursus accepturus sim in deoꝝ gremio situ est. Cū exprobraretur
cur Platone nō petente ipse peteret: & ille inquit petit: sed proprius admoto capite ne

discant alij. Sagittarium intuitus ignauum iuxta scopon consedit dicens: ne forte me feriat. Eos qui ad voluptatē aspicerent falli at frustrari dixit. Interrogatus an mala esset mors: quonā inqt mō mala: quā praesentē nō sentimus. Alexādro stāte atq; interrogāte num me times: quid.n. inqt es bonū an malū? dicente bonū: quis ergo ait bonū timet? Disciplinā iuuenibus qdem sobrietatē: senioribus solatiū: pauperibus diuitias: diuitibus ornatū esse dixit. Dydimoni moecho curanti aliqn̄ puellae oculū vide inquit ne virginis oculū curans puellā corrumpas. Dicente quodā amicos illi insidiari: & qd aut agere oportet: si amicis & inimicis aeq; vtendū erit rogatus qd esset in hominib9 optimū: fiducia inqd. Ingressus aliqn̄ scholam cū videret musas multas: paucosq; discipulos: cū dijs iquit magister multos habes discipulos. Solebat aūt oīa ante oīum oculos facere & quae ad cererē & quae ad Venerē pertinent: atq; hm̄oi cōclusiunculis vtebat. Si prādere nihil mali ē: neq; in foro prandere malū est: nō est aūt malū prandere: nec in foro qdem prandere malū ē. Cumq; ante ora oīum iugiter operaret: vtinā liceret aiebat pfricato ventre a fame cōquiescere: referunt in eū & alia q̄ cū sint multa plixum esset & oīa psequi. Dicebat aūt duplicē esse exercitationē: alterā.n. esse animi alterā corporis: hanc. s. secundū quā in exercitio perpetuae q̄ fiunt fantasiae pstant ad virtutis opera quaedā adminicula. Porro alterā sine altera esse iperfectam: nihilominus bona habitudine & robore īter ea quę cōpetunt dinumeratis: qppe quę veluti circa corpus: ita & circa aiam sint. Adijciebatq; argumentū qd ad virtutē facile exercitio pficiatur. Cernere.n. se in artibus mechanicis & alijs opifices ex cōsuetudine operis nō minimam operandi celeritatē fuisse cōsecutos. Athletas item & tibicines vtrosq; eminere plurimū quāto maiore studio & labore versati iugiter fuerūt. Atq; ita istos si quidē exercitationē ad animū transtulissent: nequaq̄ inutiliter aut iperfecte laborarent. Nihil dicebat in vita omnino absq; exercitatione perfici: cā vero oīa exuperare posse. Cū igitur repudiatis inutilibus laboribus naturales insequi: ac viuere beate debeamus p summam dementiam infoelices sumus. Namq; ipsius quoq; cōtemptus voluptatis si nos assuefecerimus. iucundissimus fit. & sicut hi qui cōsueuerunt voluptuose viuere: moleste inde se auelli patiunt: ita qui se aliter exercitati sunt: gratissime ipas cōtemnunt voluptates. Talia docebat atq; in actum producebat vere cōsuetudines antiq̄s monetas vero resculpens: nihilq; minus naturalibus q̄ legitimis deferens: eandē vitae formā quā Hercules se viuere affirmans nihil libertati pferens oīaq; sapientū esse dicens: eiusmodi rationibus quas supra allegauim9 vtens. Omnia inquiens deo℞ sunt. Amici aūt sunt sapientibus dij. Sunt aūt amico℞ cuncta cōia: oīa igit sapientium sunt. Ac de lege q̄ sine ipsa geri remp. possibile nō sit. Nam sine ciuitate nihil esse vtile: vrbs vero ciuitas e: lex vero absq; ciuitate ad nihilum vtilis: est igit vrbana lex. Nobilitatem vero & gloriam & hm̄oi caetera ridebat: dicēs: malitiae esse velamenta. Solamq; rectā esse remp. quae esset habēda in honore. Dicebat & honores cōmunes esse oportere: nuptias nihil appellās. Sed q̄ suaderet ei quā induxisset cōgredi: cōmunesq; iccirco filios fieri. Nihil esse iniquū ducēs ex tēplis quidpiā accipere: aut aliqd gustare aialium: ne iniustū quidē esse humanis vesci carnibus: idq; ex alia℞ gentiū cōsuetudine liquere: atq; hac recta ratione oīa in oībus & p omina esse dicēs. Nāq; & in pane carnes esse: & in olere panē: cū panis & corpora reliqua in oībus per occultos quosdā meatus: ac tumores ingerantur: atq; vna euaporent. Sicut & in Thieste manifestū est: siquidem ipsius sunt tragoedia & nō philisci aeginitae ipsius familiaris siue Pasiphontis luciani: quē scribit Fauorinus in oimoda historia post obitū eius scripsisse. Musicae vero & geometriae & astrologiae caeterorumq; similium fuisse negligentem veluti inutilium & quae minime essent ne

cessaria. Fuit aūt ꝓmptissimus ad obuiandū his quæ dicerent̃: vt ex superioribus liquet. Venditionē q; sui fortissime ꝑtulit. Nā cū in eginā nauigaret: atq; ꝑiratis fuisset cōprehēsus: quoꝝ princeps erat Scirpalus: cretāq; deductus venditus esset: ꝑcone interrogante qd sciret facere respondit: scire se hominibus dominari. Cū repente aspexit corinthū quendā habitu ingenuo prætereuntē Xeniadē quē ꝑdiximus hunc digito denotans: huic inquit me vende: hic. n. domino indiget. Emit igit̃ illū Xeniades: corinthumq; secū adducens: & filiis preceptorē dedit: & oī domui præfecit. Is vero ita se gessit in oībus: vt superstes ille diceret: bonus dæmon domū meā introiuit. Refert Cleomenes in libro qui pedagogus inscribit̃: necessarios suos illū redimere voluisse: illū vero eos fatuos dixisse. Neq; n. leones seruos esse nutrientiū: sed econuerso illos seruire leonibus. Nam serui timere ē: feras vero hominibus terrori esse. Erat aūt viro mirabilis persuadendi ius: adeo vt quēlibet oratione facile caperet. Fert̃ deniq; Onesicratus quidā æginensis athenas misisse: alteꝝ ex duobus liberis suis Androsthenem nomine: eumq; cū audisset diogenē illic præstitisse: misisse itidē quē prædixeramus Philiscū qui erat maior natu: ipsumq; similiter detentū fuisse. Tertius vero ipse aduenisse atq; vna cū filiis philosophatus esse: tanta Diogenis sermonibus suauitas inerat. Audiuit ipsum & Phocion qui cognominatus ē bonus: & Stilpo megarēsis: & cōplures alii ciuiles viri. Fert̃ nonaginta ferme annoꝝ obisse diē. Porro de ipsius morte varia habet̃ opinio. Sunt. n. qui dicant illum cū bouis pedem crudū comedisset bilem incurisse: atq; ex ea fuisse defunctū. Alii vero continuisse spiritum atq; ita expirasse ex quibus ē Cercidas megalopolita siue Cretensis in meliambis sic.

Quidem finit non ante sinopeus ille
Gerens bacillum duplicis vestis lator.
Pascens in æthere dentibus labra admouens.
Et spiritum mordens qui obiit erat vere
Ionis diogenis stirps: canisq; cælestis.

Alii dicunt cū polipū canibus partiri voluisset: morsum in cruris neruo accepisse ac ex eo defunctū esse ipsius cū necessarii: vt in successionibus ait Antisthenes: id potius approbāt q; spirtū continendo animā exhalauerit. Degebat. n. in sui cranio: id aūt erat gymnasium ante corinthum. Cū vero ex more familiares aduenissent: pallioq; obuolutū deprehēderent: non illum dormire arbitrati: erat quippe minime sonnolētus: sed ex instituto suo durare peruigil cōsuetus reuellato pallio animā efflasse inuenerūt: suspicatiq; sunt illū hoc fecisse desiderio migrandi ex vita. Hinc vt aiūt inter eos qui eum sepeliret oborta seditio fere ad cōferendas eos perduxit manus. Aduenientibus aūt patribus lloꝝ: atq; primatibus ita sedata discordia sepultū esse tradūt iuxta portā quæ in isthmū fert. Erigentes aūt super illius tumulū columnā. canem desuper ex lapide pario sculpserunt. Postmodū & ipsius ciues æreis illū statuis honorarūt ita inscribentes, Senescet tempore qdem hoc æs: sed tua sane Diogenes gloria non obolescet oībus seculis. Nam vitæ gloria mortales illustrasti: facilemq; viuendi viam prætulisti. Est idē de eo tale epigramma carmine ꝓceleumatico.

Diogenes age loquere rogo quæ te mors
Excepit in acherontis domum: canis acerbitas mordicus

Aiunt qdam illum dū moreret̃ mandasse in sepultū proiici cadauer: vt oēs bestiæ participes ipsius essent: siue i foueā superiecto modico puluere iniiceret̃. Alii aūt in elissum se immitti voluisse tradūt: vt esset fratrib9 vtilis. Demetrius aūt in æq vocis ait eadē die Alexandrū Babiloniæ. Diogenemq; corinthi vita functos esse. Erat aūt senex Olym-

piade.cxiij. Feruntur eius ista volumina. Dialogi capitulorum. Ichthyas: cornix: pardus plebs: atheniensium respu. ars moralis: de diuitijs amatorus: Theodotus: Hypsiast Aristarchus: de morte: Epistolæ: Tragœdiæ. vij. Helena. Thyestes: Hercules: Achilles: Medea: Crysippus. Oedippus. Porro Socrates in primo successionum: satyrus in quarto de vitis nihil esse Diogenis affirmant. Tragœdiolas autem ait satyrus Philisci æginēsis esse Diogenis discipuli. Sotion autem in septimo hæc sola Diogenis esse ait. De virtute: de bono: amatorium pauperem. Tholomeum. Pardum: Cassandrū: Cephalionem: Philiscum: Aristarchum: Sysiphum: Canymedē: de vsu: Epistolas: Fuerunt autem quinq; Diogenes. Prim9 appolloniates physicus. Eius autem scriptorum istud initium fuit. Quodcumq; dicere aggredienti operæpretium esse videt̃ initium irrefragabile ponere. Secundus Sicyonius qui peloponesiacam scripsit. Tertius hic ipse. Quartus stoicus ex seleucia: appellatus est autem babylonius ob vicinitatē. Quintus tarsensis q̄ de quæstiōibus poeticis scripsit: quas etiam soluere nititur: Hūc vero philosophum Athenodorus in quinto deambulationū ait q; vngi solitus sit: lucidum semper esse visum.

Mominus syracusanus:

m Ominus syracusanus Diogenis quidē discipulus: famulus vero mensarij cuiusdam corinthij fuit: vt Socrates tradit. Ad eum Xeniades qui diogenē emerat: frequens pergebat: virtutemq; ipsius opere atq; in dicendo vim prędicās: Mominum in viri pellexit amorem. Ille.n. continuo simulata vesania abijcere monetam oēmq; mensæ pecuniā cœpit. donec a domino repudiatus cōtinuo se ad Diogenē contulit. Assecutus est autem & Cratem cynicum sæpius cæterosq; id genus studiose consectatus. Qua ex re factum est vt eū dominus suus adhuc magis insanire putarit. Fuit aūt vir eloquens & doctus: adeo vt Menāder comicus ipsius mentionem fecerit in quadam comœdia sic de eo dicens: Mominus vir quidā fuit o philo sapiens ignobilis modico qui perā gessit. peras ergo tres: Sed & imagines verbo edixit simile nihil ei esse per Iouē quod dictum ē: nosce te ipsum: neq; his quæ sunt in laude: sed super hæc oīa mendicus ille & sordidus. Nam quod reliquū est omne factū esse ait. Adeo vero grauis tantaq; constātia fuit: vt cōtempta gloria solam veritatē appeteret. Scripsit autem ludicra sentētijs serijs permixta: de appetitionibus duo: & exhortatorium.

Onesicritus.

o Nesicritum alij quidem æginensem tradūt. Porro Demetrius magnesius astipalensem fuisse ait: & hic ex Diogenis ludo ꝓbatissimus. Videt̃ autem quiddam habere simile cum Xenophonte. Ille quidem cum Cyro hic cum Alexādro militauit. ille cyri pædiam: hic alexandri scripsit initia. Ille cyri: hic alexandri prosequit̃ laudes. Est aūt & stilus vtriusq; simillimus: nisi inquantum q; transcribit̃ secundum ab exemplari est. Fuit & Menander diogenis discipulus: cognomento. Drymus homeri admirator: & Hegesæus sinopæus Cloeos cognominatus: & Philiscus æginensis quem prediximus.

Crates thebanus.

c Rates Ascondii filius thebanus ipse quoq; inter sapientissimos Diogenis discipulos fuit. Cæterum Hippobotus non Diogenis ipsum fuisse discipulum ait: sed bryonis achiui ista ferunt̃ ludicra. Pera quædā ciuitas est in medio nigro typho pulchra & pinguis circūfusa nihil habens: ad quam nemo vir nauigat: neq; qui stultus parasitusq; sit neq; auidus meretricis: obscenisq; exultās opibus: sed aium

at allia fert & ficus & panes: de quib⁹ inuicē nō certāt: neq; sumunt arma pecuniæ aut
gloriæ gratia. Est & Ephemeres hæc hēns illa vulgatissima. Apponit coquo minas de
cē: medico dragmā: assentatori talenta quinq;: cōsiliario fumū: meretrici talentū: phi
losopho triobolū. Vocabatur autē & thyrepa noctes q̄ in oēm īgrederetur domum
& corriperet. Est eius & illud: hæc habeo quæ didici: & quæq; curaui: atq; me diuæ do
cuerunt munera musæ: q̄q; ex philosophia fuisset adreptus lupinorū chænicem: & nul
lius rei curā. Fertur eius & illud. Amorē se dat fames: sin minus tēpus: eis vero si vti nō
vales: laqueus. Floruit maxīe circa centesimā & tertiādecimā olympiadē. Hūc ait An
tisthenes in successionibus cū in tragœdia quadā cerneret Telephū sportulā tenentem
aliasq; opulētū ad cynicā philosophiā perexisse: illūq; patrimonio vendito: erat quip-
pe vir nobilis: cū aggregasset plus q̄ ducenta talenta: ciuibus ea dimisisse: adeoq; con-
stanter philosopharū esse: vt & Philemon comicus ipsius mentionē fecerit: Ait nem-
pe æstate quippe habuit palliū crassum vt se cōtineret: hieme autē pānum. Refert aūt
Diocles persuasisse sibi Diogenē vt peculiū dimitteret: ac si quid pecuniæ haberet ia-
ctaret in mare. Atq; Cratis quidē domus ab Alexandro: hipperchiæ vero a Philippo:
Quosdā ex propinqis ad se venientes atq; auertere ab instituto molientes sæpenume-
ro baculo persequebat᷑ cōstansq; pdurabat. Porro Demetrius magnesius ait deposuis
se illū pecuniā ad trapezitam: ea cōdictione vt si quidē filij idiote essent, eam illis red-
deret: sin autē philosophi: plebi distribueret: nihilo quippe egere philosophos. Eratho
stenes aūt refert: cū ex hippchia de qua dicemus: natus sibi esset filius Pasicles noie: eū
iā adultū ad ancillæ adduxisse domū ac dixisse: hoc ei paternū eē matrimoniū. Cæte-
rum mœchorū exilia & cædes tragicorū esse præmiū: eos vero qui scortis congrederē
tur comicorū: quippe ex luxu & ebrietate insaniā gigni. Huius frater Pasicles fuit Eu-
clidis discipulus: eius facetū quidpiā fauorinus in secūdo cōmentariorū refert. Ait. n.
p quodā deprecās gymnasij principē eius ilia tetigit. illo indignante: quid. n. ait nōne
& ista tua sunt sicut & genua. Dicebatq; possibile nō esse inueniri qui lapsus nō sit: sed
veluti in malo punico granū etiā aliquod putidū esse: Cū Nicodromum cytharœdū
irritasset: cæsus in faciē est Cartulā itaq; imponēs fronti inscripsit. Nicodromus fecit.
Scorta ex industria insectabatur maledictis. vna & se ipsum exercēs ad perferenda cō
uicia. Demetrio phalereo qui sibi panes ac vinū miserat exprobrabat dicēs: vtinam &
fontes panes ferrēt. Constat igit᷑ aquam bibisse. ab Atheniēsibus ciuilis iuris peritis ar
guebatur cur sindone amiciretur: quibus ille Theophrastū inquit ostendā vobis oper
tum sindone: non credētibus induxit illos in tonstrinā vbi ille tōdebatur: ostēditq; li-
no coopertū. Cum thebis a principe gymnasij flagris cæsus eēt. siue fm alios corinthi
ab Eurycrate: ac pede traheretur ridebat dicens: Me pede diuino extendens protrahe
velo. Diocles autem pertractū eum a Menedemo eretriensi testatur: Nam cum esset
decorus & Asclepiadi phliasio vsui esse videretur: tetigit Crates illius coxas dicens in-
tus Asclepiades: qua ex re indignatū Menedemū traxisse illū: idq; rū dixisse. Zeno ve
ro citticus in libris de vsu pellē ouis quoq; insuisse pallio refert: vt eēt informior. erat āt
& facie turpis: & cū se exerceret ridebatur. Solebat āt sublatis manibus dicere confide
Crates p oculis & corpore reliquo. Hos aūt videbis irrisores iā iā & morbo cōtrahi
beatum dicere: se autem ociositatis arguere. Dicebat autem tamdiu philosophādum
esse quoad videantur duces nobiles esse asinarij. Desertos dicebat quicum assentatori
bus essent: non secus ac uituli cum inter lupos sunt: neque enim cum illis propin-
quos: neque cum his esse: sed insidiatores. Cum autem sentiret se morti proximum
inspiciebat seipsum dicens: perge iam amice: perge ad inferni sedes statu ob senium

entte. Erat quippe ex senectute curuat9: Alexãdro rogante nũ uellet restitui: ac refici
patriã suã: quid ait opus ẽ: rursus. n fortassis Alexãder eam alius diruet Habere se pa
triã contẽptũ glorię & paupertatẽ fortũna nũquã casura bona: diogenisq; ciuem esse
inuidiæ insidias nõ metuẽtis. Meminit ipsius & Menãder i geminis dicẽs. Mecum. n.
ambulabis pallio amicta: sicuti cũ Crate cynico qñq; cõiũx: & filiã tradebat illis vt ipse
ait pbationi trig nta inductis diebus discipuli eius. ❡Metrocles.

Etrocles Hipparchiæ frater cum prius audiret Theophrastum peripateticũ
m adeo corruptus erat: vt cũ sepe inter differendũ crepitũ ventris emitteret: præ
angoræ animi domi inclusus moraret' cõtinere volens: Hoc agnito Crates in
gressus est ad eũ consolaturus: ac lupinis ex industria voratis persuasit quidem illi pri
mũ verbis nihil mali fecisse: fore quippe prodigium si nõ & fm naturam flatum emic-
teret. Tum vero & ipse in huiusmodi crepitũ crumpens illum & similitudine opis ere
xit. Hinc ipsius iam auditor fuit: euasitq; vir in philosophia eminens: Hic libros suos
vt ait Hecaton in primo vsũũ combussit dicens. Sunt ista somnioꝝ phantasmata ve-
luti deliramenta. Sũe qui Theophrasti cõmentaria quæ ex illius ore perceperat: cõbu-
sisse ferant: ac dixisse. Vulcane celer age: nihil hic tui indiger thetis. Res docebat par-
tim emi pecunia ad domũ: partim tpe & diligentia vt disciplinas liberales: diuitias nn
cere nisi quis eis digne vtatur. Obijt senex a seipso suffocatus. Porro discipuli eius fue-
re Theombrotus atq; Cleomenes. Theombroti auditor fuit Demetrius alexãdrinus
Cleomenis aũt Timarchus alexãdrinus & Echecles ephesius: qui & ipse Theombro-
tũ audiuit: a quo Menedemus: de quo postea dicemus. Fuit inter illos insignis & Me
nippus sinopeus. Incidit aũt in illoꝝ ratia Metroclis quoq; soror Hipparchia.

bis agnoui: atq; ita xenophanes sugillat illum. cratinus in pythagoricis atq; in tarenti
nis in hũc modum hæc inquit. eis consuetudo ẽ si quem simplicem vndecũq; nacti fue-
rint ingressum experimentumq; cœptuᷓ quãtum illi dicendi uiribus præstant: ptur-
bare illũ obiectiõibusq; versare. conclusiõibus. inæqualitatibus. fallacijs. magnitudini-
bus nõ inde emergeret. Mnesimachus alcmæoni pythagorico more soli immolamus
animatum nil oĩno cõmedentes. Aristophon in pythagorico instituto ait. quod cum
descendisset in dietam qui apud inferos sunt vidisse singulos. Pythagoricos vero mul-
tum oĩno a mortuis differre. His quippe solis conuesci plutonem ob pietatẽ dixit. Fa-
cilem ais deum si plenis sorde cibis adesse gaudet. Itẽ in eodẽ comedunt olera & aquã
in potu sumunt. pediculos & pallium atq; squalorem nemo ex alijs pferre posset. Mo-
ritur autem pythagoras hoc modo. cõsederat in domo milonis cum socijs: Eam vero
domũ quispiam ex his quos ille admittere noluerat: per inuidiam incẽdit. Sũt qui cro-
toniatas ipsos tyrannidis suspitione ac metu hoc perpetrasse dicant. Pythagoram igi-
tur incẽdij incõmoda vitantem cum egrederetur comprehẽsum esse & agro cuidam fa-
bis pleno propinquãtem ibi constitisse ac dixisse capi præstat q̃ has dare pessum: cædi
q; satius est q̃ quicq̃ loqui: atq; ita iugulum persecutoribus nudasse: compluresq; ex di-
scipulis. nam secũ. ad. lx. erant: fuisse interemptos: paucosq; effugisse ex quibus archy-
tas tarentinus fuerit & lysis ille quẽ supra memorauimus. Porro dicæarch9 pythago-
ram in delubrum musaᷓ: quod metaponti ẽ: confugisse: ibiq; cum quadraginta dies
absq; cibo perstitisset: defecisse ait. heraclides vero in epitome uitaᷓ satyri illum postq̃
deli pherecydi iusta persoluerat: redisse in italiam: & cum in domo milonis crotonia-
tæ celebritatem offendisset: subinde metapontũ peruenisse: ibiq; cũ viuere vlterius nol-
let inedia vitam finisse. Hermippus aũt ait bello inter agrigẽtinos atq; syracusanos ex-
orto pythagorã exisse cum socijs agrigentinis opẽ laturum. Versis aũt in fugã illum
fabaᷓ campũ circuisse: ibiq; a syracusanis fuisse interfectum. Reliquos vero ad trigin-
taquinq; tarenti fuisse crematos cum primarijs ciuitatis contraire vellent: atq; ab eis in
reipu. administratione dissentirẽt. Aliud item quiddam huiusmodi de pythagora her-
mippus refert: Ait. n. illum cum in italiam uenisset subterraneam fecisse domum: ma-
triq; mãdasse quæq; contingerent tabulis inscriberet tempusq; adnotaret: deinde in il-
lam descendisse: ac dum rediret: id matrem fecisse: Anno autẽ exacto ascẽdisse pytha-
goram ex effossa domo squalidum ac macie confectum aduocataq; contiõe dixisse ex
inferis se ascendere: atq; vt sibi fidem faceret recitasse quicquid euenisset. Eos vero his q̃
dicebantur effectos in lachrymas eiulatusq; prorupisse pythagorãq; iam diuini quid-
piam habere existimãtes: vxores suas illi in disciplinam certatim dedisse: vt quidpiam
ex illo adiscerent: easq; pythagoricas vocatas esse. Hæc hermippus. Erat autẽ pytha-
goræ & vxor rheano noĩe brontini crotonitæ filia hanc alij brontini vxorem: pythago-
ræq; discipulam tradũt. Erat illi & filia damo vt lysis in epistola ad hipparchum ait de

pythagora in hunc modum loquens. Aiunt autem plurimi publice te id quod pythagoras semper inhibuerat philosophari. qui cum damoni filiæ cōmentaria sua cōmendaret iussit ne cui extra domum ea traderet. Ea vero cū ingenti pecunia posset illa distrahere oīno noluit. Inopiam qppe patrisq; monita auro præciosiora censuit. Idq; cū esset mulier. Fuit aūt illi & filius telauges: q̄ et patri successit: ac fm quosdam Empedoclis præceptor fuit. hippobotus aūt empedoclem dixisse ait telauges claras theane proles pythagoræq;. telauges qdem nihil scripsisse fert: at ipsius mater nonnulla. rogata q̄n mulier a viro mūda fit: dixisse ferunt a suo qdem continuo: ab alienis vero nunq̄. Ei vero quæ ad viꝝ pergeret in mandatis dabat vt cum veste & verecundiam poneret. Exurgensq; denuo cū ipsis illam vna resumeret. Rogata quænam hæc inquit per quæ mulier vocor. Igit pythagoras quidem iuxta heraclidem serapionis filium. lxxx. ętatis anno moritur fm propriam ętatum descriptiōem. Iuxta plurimos autem nonagesimo.

¶ Extant autem & quæ in hunc lusimus sic se habentia.

Nō refugis solus: sed nos aīata. vetamus
Vimbla pythagoræ fercula nullus edit.
Ast vbi lixatū vel coctū siue salitū
Tūc edimus: quoniā spiritus oīs abit.

¶ Aliud
Pythagoras sapiēs habit⁹ q; tāgere carnes
Nollet: vt iniustum: pauit at ille viros.
Hunc admirer ego: iusta nō tangere dixit
Afficit ast alios forsitan obprobrio.

¶ Aliud
Aspice ī euphorbi radiātia scuta: renati
Pythagorę mētē noscere quisquis aues:
Ante ego dicit erā mortalis: nec finit vnq̄
Siue erat haud vel erat dicere semper erā.

¶ Et aliud vt mortuus est.
Heu heu qd tm̄ ꝓprio auditore scorsum
Pythagoras fabas perueneratus obis:
Ne loca fabaꝝ pedibus calcaret iniquus
Agrigentino mortuus in triuio est.

Floruit aūt olympiade sexagesima: ipsiusq; schola durauit vsq; ad nonam siue decimā generationem. Postremi. n. Pythagoreoꝝ fuere quos & aristoxenus vidit xenophilus chalcidēsis ex tharcia: & phāto phliasius: & Echetrates & diocles & polimnastus phliasij & ipsi. Erant aūt auditores philolai & eurin tarentinoꝝ. Fuerūt aūt pythagorę quatuor codē fere tpe nec multum ab se inuicem distantes. Vnus qdem crotoniata tyrānicus vir: alter phliasius corpoꝝ exercitator aliptes: vt qdam aiunt. Tertius zacynthius cuius aiunt illud esse philosophiæ arcanū magisterium ī quo & illud ait ꝓuerbium in mūdū veni. Sunt q & alium sculptorē rheginum fuisse dicant pythagorā q primus visus sit numeroꝝ ac modoꝝ repertor fuisse. Aliū item sculptorē samiū & alium oratorē non bonū: & aliū medicum q de celo scripserit: ac de homero quædam cōposuerit. Aliū item q dionysio dorice scripserit auctor. Porro hūc Eratosthenes quē & Fauorin⁹ in oīmoda historia sequit in libro octauo primum fuisse tradit q. xlviij. olīpiade perītus ac ꝓbus pugil effulserit: comatum atq; purpuratū selectumq; ex pueroꝝ ludo at irrisum cōtinuo viros petisse ac vicisse. Simplex & huic epigrāma qd fecit thegtetus.

Sydera pythagoram quendam crinita canentem.
Pythagoram samium si hospes amice teges:
Pythagoras ego sum: peteres si dogmata nostra
Eleidem: dices hic mihi mira refert.

Hunc fauorinus ait diffinitionibus ob mathematicā vsum materiam: ampliasse vero illam socratem & q ab illo fluxere. Postmodum aūt aristotelē ac stoicos: primoq; cælum appellasse mundū terramq; rotundā. Id aūt theophrastus parmenidi: zeno hesiodo assignant. huic aiunt restitisse cydonē: sicut antidicū socrati. at vero philosophi epistola legit in hunc modū pugnās ad olympia cum pueris ephæbis venit pythagoras crotonias. philosophus aūt taliter scripsit pythagoras anaximeni at tu virorū optime

ſi nihil pythagora & genere & gloria preſtantior eſſes ꝑfecto ad nos iam ex mileto mi
graſſes: nunc vero te continuit paterna & auita gloria: quæ & me continuiſſet ſi eſſem
anaximeni ſimilis. Cætex vos ſi augurio vrbes deſeretis: eis quidem ornatus adimit:
mediq; illis infeſtius inſtabūt. Neq; vero ſemper cōuenit aſtrox ac cęli veſtigare rōnes.
præſtat interdū ad pr̄iam curas cogitationeſq; cōuertero: & ego nō ſemper meis vaco
fabulis: verꝫ & bellis interſum qbus in ſe inuicē itali ſæuiunt. Quoniam vero de pytha
goria diximus: dicendū iam de pytagoricis illuſtribus viris: poſt quos dicendū erit de
his qui ſparſim a pleriſq; referunt. Tum deinceps adnectemus ſucceſſionis ſeriem me
morabilium virox vſq; ad epicux: ſicuti ſupra promiſimus: de theana quidē & thelau
ge iam diximus dicendū mō de empedocle primum: nam ſm quoſdam pytagoreau
ditor fuit.

¶ Empedocles.

e Mpedocli vt ait hippnbotus: meto pater: auus empedocles agrigentinus fuit
idem & timæus refert in. xv. hiſtoriax libro inſignem fuiſſe virꝫ empedoclem
poetæ auū hermippus eadem ferme ait: heraclides itidem in libro de morbis
clara ex familia fuiſſe auum. equoſq; nutriſſe tradit: dicit & eratoſthenes in olympioni
cis. lxxi. olympiadē viciſſe metonis patrē ariſtotelis vtens teſtimonio. Appollodorus
aūt grāmaticus in chronicis metonis quidē filiū fuiſſe ait. cætterꝫ ad thurios nup oīo
cōditos veniſſe glaucus ait: deinde poſt pauca: q vero inquit domo ꝓfugum veniſſe ſy
racuſas & cū illis aduerſus athenieſes bellaſſe aiunt ꝑ ſi ſus id mihi ignorare videt. Aut
enim iam defecerat: aut oīno valde ſenex erat: id qd minime ꝓbat. Namq; & Ariſto
teles ipſum & heraclitū. lx. ætatis anno vita exceſſiſſe ait: qui vero. lxx. & primā olym
piadē vicerar eques eodem cenſebat nomine. Ita & temp us ab Appollodoro ſignifica
tur: ſatyrus aūt in vitis empedoclem ait filium fuiſſe exaneti. Reliquiſſe aūt & illum
filiū exanetum: eadēq; olympiade ipſum qdem equeſtri certamine viciſſe: filiū vero il
lius lucta ſiue vt ait Heraclides in epitome curſu. Verꝫ. n. ego in fauorini cōmentarijs
repperi empedoclē & bouæ mactaſſe ſpectatorib9 ex melle: & farina: fratremq; habuiſ
ſe callicratidē Telauges aūt Pythagoræ filius: in epiſtola ad philolaum empedoclē ait
archimomi fuiſſe filiū. Quod aūt Agrigentinus ex Sicilia fuerit ipſe in principio luſtra
tionū refert: hactenus de genere ipſius: audiſſe aūt illū Pythagoram Timæus auctor
ē in nono hiſtoriax dicens: deprahenſum qd nrationem furarus eſſet ſicuti & plato:
atq; ideo ad cōſortium ſermonū admitti ꝓhibitum: ipſumq; meminiſſe Pythagoræ:
dum illum inſignem doctrina virꝫ appellat: qui maxima noſſet animiq; excelleret opi
bus. Sunt q iſta de Parmēide dixiſſe putāt. Refert Neāthes Pythagoricos vſq; ad Phi
lolaum & empedoclē ad ſermonum cōmunionē admitti ſolitos. Vbi vero ipſe poema
ta illa vulgare cœpit: latā eſſe legem vti verſificator oīs inde arceret: Idē & Platonem
pertuliſſe aiunt: qppe & hunc fuiſſe prohibitum· quem tn̄ illox audiuerit empedocles
nō dixit. Eam. n. quæ telaugis fert epiſtolam qd hippaſum ac Brōtinum audierit: nō
vſq; quaq; probari. n. vero Theophraſtus parmenidē illum imitatū dixit ipſiuſq; emu
lum & in poematibus fuiſſe qppe & illum verſu phyſicæ rōnis apparuiſſe: Hermipp9
aūt non parmenidis verꝫ Zenophānis fuiſſe imitatorem tradidit. q cum diu verſatus
eiuſq; carmē imitatus ſit: poſtmodū pythagoricis cōgreſſum eſſe. Alcidamas vero in
phyſico refert eodem tpe zenonem & empodoclē vna audiuiſſe: parmenidē demum
ab ſe diſceſſiſſe ac zenonē qdem ſeorſum phantū eſſe. Hūc vero Anaxagorā & Pytha
gorā audiſſe atq; alterius cōſtantiā & grauitatē vitę atq; habit9 alterius de natura rōes
fuiſſe imitatū. Ariſtoteles vero in ſophiſta primū empedoclē oratoriæ inuentorē ait:
zenonemq; dialecticę: in libro aūt de poetis aſſerit homericū empedoclē: acutumq; in

dicendo fuisse: translationibus item ac ceteris poeticis figuris vsum. Atq; ideo cum: & alia poemata scripsisset: & Xersis transitū & in Apollinem proœmium: ea postmodū ignibus tradidit soror quædā ipsius siue filia: vt Hieronymus: meminit: proœmium quidem imprudens. Persica aūt prudens: ac sciēs qđ ea imperfecta essent. Tragœdias illum præterea scripsisse refert ac politica. Verū heraclides serapionis filius tragœdias: alterius fuisse memorat. Hieronymus vero quadraginta tria illius opuscula se legisse asserit. Neāthes aūt ad hunc iuuenē scripsisse & ipsum tragœdias: in quas se postea incidisse. Porro satyrus in vitis refert & medicū illum fuisse oratoremq; optimū: gorgiāq; leontinū ipsius fuisse discipulū. v.ꝫ. s. in oratoria insignem: q & artē rhetoricam scripserit: quē tradit Appolodorus in chronicis centū & nouē ætatis iplesse annos: hunc ait satyrus dicere solitū affuisse se empedocli magiā exercenti ipsumq; in poematibus id pfiteri & complura alia: inter quæ pfitet pharmacha: quibus & morbi & senectus arceant: & ventoꝝ vel noxij pellant flatus: vel salubres: ac læti adhibeant: motiuiq; itē reuiuiscant. Multis aūt mōis eum viꝝ admirationi habitum Timæus in. xviii. historiaꝝ auctor ē. Nāq; etesijs plerumq; vehemēter flātibus adeo vt fruges corrumperēt excoriatis asinos iussit: factisq; vtribus eos collibus & montiū verticibus admoueri ad cōpellendos flatus: cessātibusq; ventis ab euētu rei colysanemā vocatū eē. Heraclides quoq; i libro de morbis ait ipsum pausaniæ dictasse q de apno ille scripsit. Erat aūt pausanias. vt satirus & Aristipp9 ait: amator eius: cui & de natura libros cōpsitos ita declarauit.

Pausania sapiens anchiti percipe fili.

Sed & epigramma in eum fecit.

Pausaniæ medico anchito cognomine nato
Asclipiadeo patria clara gela est.
Qui languescentes vario plerisq; labore,
Sæpe acherontem linquere fecit iter.

ΑΠΝΟΥΣ ΑΠΝΟΥΝ. Heraclitus tale qddam esse ait qđ. xxx. dies corpus absq; spiritu integru incorruptumq; seruaret. Vnde illū & medicū & vatē dixit vt ex eius verbibus pater: quibus incolas amplī agrigēti saluere iubet: a qbus & deū se credi vult: dumosq; sibi petit honores. Amplū vero agrigentū dixisse ferunt: q in illa octingēta hoium milia inhabitarēt. Vnde & empedoclē illis delitijs vacātibus dixisse agrigētini delitijs quidē ita quotidie se dedūt: ac si postridie morituri: domos vero ita ædificāt quasi ppetuo victuri: eas vero ipsas expiationes in vnū corp9 coegisse fert. Cleomenes cōpactor quē admodū & Fauorinus in cōmemoratiōibus ait fuisse vero tum ipr mis liberū atq; ab oī principādi fastu remotissimū Aristoteles tradit: siqdem & regnū cū sibi offerret: constāter renuit: sicuti Xanthus i illius laudibus meminit simplicitatē vitæq; q regum delitias carius amplectens: eadē & Timæus refert cām simul adijciens cur ita popularis fuerit. Inuitatus. n. fuerat a quodā ex principib9 ac pcedente cōuiuio cœna non inferebat: Tacētibus alijs indigne ille ferēs inferri iussit. Qui vero illū inuitarēt pstolari se curiæ ministrū dixit. Vbi vero ille aduenit cōuiuij princeps cēstitutus ē: id eo agente q illum vocau erat: tū ille tyrānidis initia apud obscura pre se ferēs iubebat: aut bibere aut in caput effundi meꝝ. Tunc igit Empedocles tacuit. Postridie vero coacto iudicio dānauit verūq;: ac peremit inuitatorē. s. & cōuiuij principē. Istud. n. eius reipublicæ tractandæ initiū fuit. Rursus Acrone medico locū sibi ad cōstruendū patrū monumētū a senatu postulāte qđ inter medicos arte pcipuæ excelleret in mediū surrexit. Empedocles: ac fieri phibuit: atq; inter cætera quæ de æqualitate disseruit: ita illū rogare cœpit. cuiusmōi monumēto icidemus elogiū? Nū hoc? summū te medicū summi patris

in summo verticē summæ patriæ conditum: qdam autem fm versum ita pnunciant.
sublimis verticis tumulus sublimis cōtinet. Hoc qdam simonidis eē tradiderūt. Post
modū vero empedocles & mille hominū cœtū annquauit cōstituto triēnii mgfatu: ut
nō solū esset diuitū uerū & mediocriū ac ppřariter sentiētiū. Denicq; & timæus in pº: &
secūdo libro: ipsius. n. sæpe mentionē facit. cōtrariā reip. tradit putatū eū habuisse sen
tētiā: qñ qdē iactātia & amore sui ferebat imodice: qppe qui in carmine se deū dixerit:
qñ itē olympia adisset: i se cūctorū uertebat ora: ut nullius iter loquēdū tanta quanta
empedoclis fieret mētio. Postremo tamē cū agrigētū cōderet: obstiterūt illius instituto
to inimicorū nepotes: quo ille mœrore accepto in pelopōnesū secessit: ibiq; obiit diē.
Timon autē nc hūc quidē prætermisit: sed ipsum mordet dicens: & Empedocles forē
sium formator uerboꝝ quantū ualuit tātum cœpit imperās qui disposuit magistratꝰ
indigētes aliis. De illis vero obitu uaria fert opinio. Heraclites. n. cū enarrasset de ap
no vt. s. empedocles maximā ex eo gloriam cōsecutus eēt: q mulierem defunctā viuā
dimisisset: ait illū sacrificiū ad Pisianactis agꝝ fecisse: conuocatis plerisq; ex amicis iter
quos & pausanias erat. Vbi vero conuiuio pacto alij qdem loco paululū digressi: alij
sub arboribus villæ se ad quiescendū cōposuerunt: alij quocūq; visum ē in loco quieue
runt. ipse vbi accubuerat permansit. Mane aūt facto e somno excitis cæteris solus ipse
repertus nō ē. Facta aūt diligēti inquisitiōe seruis q rogabant vnus affuit: qui diceret se
nocte media igētē audisse vocē empedoclē vocātē. Tu vero vbi surrexisset cæleste, vidisse
se lucē & splēdorē tædaꝝ nihilq; aliud. Illis vero in eo qd contingerat stupētibus descē
dit pausanias: vt mitteret q quererent. Postmodū vero phibitus ē vlterius quærere di
cens voti rē in primis cōtigisse: sibiq; veluti deo hostias offerri oportere. Hermippus
aūt illū cum pantheā quadam agrigēotinā desperatam a medicis curasse hostias obid
litasse. Qui vero inuitati erāt ad. lxxx. ferme fuisse. Hippobotus vero illū ait vbi exur
rexerat ætnam perisse quo cū peruenisset in ignis crateres se iniecisse. ibiq; dum fidē cu
pit facere famamq; adstruere quod deus effectus sit ignibꝰ consumptū esse: postea vt
sese res haberet agnitum & exploratū esse vna ex illius crepidis vi flammę ex intimis ad
exteriora reiecta: quippe calciari solebat ære: huic famæ pausanias reluctabat. Cæteꝝ
Diodotus ephesius de Anaximandro scribens ait illum huius æmulū fuisse imitando
tragicam grandiloquētiā vestisq; grauitatē. Enimuero dum selenūtios ex adiacētis flu
uij fetore pestis inualisset adeo vt & ipsi uxores partu periclitent: excogitasse empedo
clem duos quosdā ex vicinis amnibus pprio sumptu in flumen illud imittere: vt ex ea
commistione aquę dulcescerent. Hoc ordine sedata peste epulantibus selenuntijs em
pedoclem apparuisse: illi en conspecto surrexerunt: eiq; veluti deo dominos honores
detulerunt. Eam de se opinionē firmare vouētē se in ignes cōiecisse. Veꝝ hisce timæus
refragat aperte asserens illū vbi in peloponesum se recepit: nunq̄ oino redisse atq; iō il
lius incertū esse obitū. Heraclidi vero noie illū denotans aperte cōtradicit pisianacta
syracusanū dicēs: neq; villā agrigēti hūisse. Veꝝ a pausania factū amico monumētū:
Is. n. hmōi vulgata fama breuē statuā illi: qppe diues erat. siue arā quasi deo condidit
qñ ergo pacto inqt se in crateras iniecit quoꝝ nullā vnq̄ fecit mentionē & qdem cū p
pe eēnt: mortuꝰ igit ē in pelopōneso q si illius sepultura nō cernitur: nihil e cur admi
remur? Nāq; & alioꝝ multoꝝ sepulchra ignorāt: ista & hmōi timæus refert. veꝝ sem
per heraclidi cōsuetudo ē miracula ista cōfingere: q & ex luna cecidisse hoīem dicit. Por
ro Hippobotus ait statuā empedoclis opertā agrigenti primū stetisse. Postea vero an
te Romanoꝝ curiā cōstitutā fuisse romanis eā illuc transferentibus aptam: picte qui
dē & nunc eiusmodi quedā inueniunt. Neātes vero cyzicenus q & de Pithagoricis scri

psit: refert Menone vita functo tyrãnidis pullulare exordia cæpisse. Tum vero empedoclem Agrigẽtinos indoxisse: vti seditiõibus omissis æqualitatẽ ciuilẽ amplecterent': mulcas itidem ciuiũ quæ sine dote erant ex relictis sibi opibus adiecta dote viris tradidisse: atq; ideo & purpurã se induisse: & strophiũ aureũ circundedisse Fauorinus in cõmẽtarijs auctor est: crepidas itẽ æreas & delphicã sumpsisse coronã. Coma itẽ illi ꝓlixa fuit: & pueri se deducẽtes: & ipse grauis semp atq; i vno se seueritatis habitu persistit. Eiusmodi igit' ꝓgredicbat' vt ciuibus sibi occursantib9 ac ꝓ magno id munere haberent speciẽ quoddã & insigne regiũ præ se ferre videret'. Postremo vero dũ celebritatis cuiusdã cã messãnã curru iuectus pergeret cecidisse: coxamq; fregisse. Quo et ex morbo defunctũ eẽ ætatis ãno. lxxvij. esse itẽ sepulchrũ eius megaris. de ætate vero ab Aristotele dissentit. Ille. n. lxv. annoꝶ defecisse ait: alij centũ & nouẽ vixisse annos contendunt. Floruit aũt circa. lxxx. & quartã olympiadẽ. Democritus autẽ troezenius in libro cõtra sophistas refert illũ iuxta. Homeꝶ isormis letiodũ sibi ꝓpera ex corna isaufte nexuisse. In ea vero quã ꝑdiximus telaugis epistola fert' illũ ex scoio i mare ꝓlapsũ extinctũq; eẽ. Hæc de ipsius morte fert' : & nostrũ in hũc pãmetro mordax qdam.

Empedocles rapida purgasti corpora flamma.
Aeternos ignes fortiter ore trahens.
Vltroneum taceam: te incendia sæua petisse.
Incidis inuitus delituisse volans.

¶Et illud.

Cruribus empedocles constactis dicitur esse
Mortuus te curru cũ cecidisset humi.
Si se flagrantem victurus iecit in ætnam
Quomodo nunc megaris structa sepulchra vides?

Timon vero ne ab eo qdẽ lacessendo abstinuit dicẽs empedoclesq; forẽsiũ opifex carminũ & cætera. Hæc aũt illi visa sũt: elemẽta eẽ quattuor ignẽ: aquã: aerẽ: terrã: amicitiã q; qua fœderẽt' & discordiã q̃ dissidrãt: Ait ãt sic iuppiter: ac Iuno regia & aidone9 & venerãda nestis. Iouẽ: ignẽ: iunonẽ: terrã: aidoneũ aerẽ: nestin aquã dicẽs: & hæc ait assiduas versare vices: desinere nusq̃: ẽ qppe ætern9 iuxta illũ hic reꝶ ordo: deniq; ifert. Namq; alias cõnectit amor hæc oĩa simul: sæpe ẽt disiũcta iubet cõtentio ferri: solẽ ait ignis ingentẽ massam: lunaq; maiorẽ: lunam disci habere similitudinem. Cælũ ipsum cristalli obtinet' speciẽ & aiam oĩgenũ aĩaliũ atq; arboꝶ species indui. Ait nẽpe se aliqñ fuisse pueꝶ atq; puellã arborẽ & auẽ atq; piscẽ: Quæ igit' illæ de natura deq; expiatiõibus scripsit: ad quinq; milia versuũ pertingũt: q̃ vero de medicina ad sexcẽtos. De tragœdijs supra iã diximus.

¶Epicarmus cous.

e Picharmus elothalis filius Cous: & ipse Pithagoræ auditor fuit. Trimeniẽsis vero cũ eẽt e Sicilia ꝓfectus peruenit megara: īde cõtẽdit syracusas: vt & ipse in suis testat' libris. Eius statuę istiusmodi carmẽ iscriptũ ẽ: quo ditat' tãto excellere doctis oĩb9 & claris viris quãto vel syderib9 sol ceteris vel amare ãnib9 cũctis antecellat.

Quam superat phæton ingentis sydera cæli.
Quanto vis pelago maior inest fluuius.
Tantum ego iam dico sophia præstare epicharmum:
Cui dedit hæc patria florida serta comis.

Cõmẽtaria istæ reliqt ĩ q b9 de natura reꝶ: de sentẽtijs: de medicina disseruit. Notasq; breues cõmẽtarioꝶ locis apposuit: qbus aperte idicat ab se elaborata opuscula. Obijt anno ætatis nonagesimo.

¶ Architas Tarentinus.

Rchytas Mnesagoræ siue vt Aristoxenus ait Estiæi filius Tarẽtin⁹ Pythago
a ricus nobilissimus fuit. Hic Platonẽ: cũ a Dionysio necãdus esset: per epısto
lã eripuit: admirationi summę apud plurimos habitus ẽ in oĩ virtutis genere.
Nẽpe. n. septies ciuibus pfectus ẽ: cũ ceteri plusq̃ annũ iperare lege phiberẽt. Ad hũc
Plato scribit epistolas: qđ is ad cũ prior scripsisset: ita Architas platoĩ scilicet facis tu
qdẽ recte qđ nobis te cõualuisset ex ægritudine significasti: de damisco itẽ nunciãs. De
cõmentarijs aũt curauimus: venimusq̧ ad lucanos: ibiq̧ conuenimus occeli nepotes:
Quæ igit̃ de regno legib⁹ iusticia: oĩumq̧ generatiõe: & ipsi habemus & ex his quędã
misimus: reliq̃ mõ repiri nõ possunt: cũ iuenta fuerit ad te deferent̃: in hũc modũ Ar-
chytas. Plato aũt ita rescripsit. Plato Archytæ salutũ. Quæ abs te nobis allata: sũt cõ
mentaria: dici nõ põt: q̃ libẽter accepimus: quiq̧ illa scripsit ipimis admirati sumus:
ostẽdit. n. pfecto vir ille dignũ se maioribus illis suis antiquissimis atq̧ optimis viris.
Ferunt̃ aũt isti viri mœreri fuisse. Hi aũt ex illis fuere Troianis: q cũ Laomedonte mi-
grarunt viri boni: vt de illis tradita fabula significat: q̃ apud me sunt cõmẽtaria de qb⁹
scripsisti mũdũ satis lubricata sunt: neq̧ vnq̃ satis erũt: ea tñ misi. De custodia vero am
bo cõcorditer sentimus. Nihil itaq̧ adhortatiõe opus ẽ: vale: in hũc modũ illi ad se iui
cẽ scripserũt. Porro Archytæ quattuor fuere. Primus hic ipse. Secũdus Mytilenæus
musicus. Tertius q de agricultura scripsit. Quartus poeta epigrãmatũ. Quĩtũ plæri
q̧ addũt Architectũ: cuius pferũt libꝝ de machina: cuius istud initiũ ẽ: hæc de Teu-
cro Charchedonio audiui. De musico dicit̃ qđ cũ pbro sibi daret̃ qđ nõ exaudiret̃: di
xerit organũ. n. p me pugnãs loquit̃. Pythagoricũ vero Aristoxẽus refert cũ exercitui
pesset nũq̃ fuisse superatũ. Semel aũt dũ iuidiæ cederet sese iperio abdicasse: moxq̧ ex-
ercitũ in ius hostiũ cõcessisse: prim⁹ hic mechanica mechanicis pricipijs vsus exposuit:
primusq̧ motũ organicũ descriptõi geometricæ ad mouit ex dimidij Cylindri sectiõe
duas medias sm pportionẽ sumere quærẽs ad cubi publicationẽ: & i geometria cubũ
primus vt Plato i repu. testat̃ iuenit. ¶ Alcmeõ crotoniata.

Lcmæon Crotoniates & ipse Pythagoræ auditor fuit: vt plurimũ vero i medi
a cina versat̃. Plerũq̧ itẽ de natura disputat dicẽs multas humanaꝝ reꝝ causas.
Videt̃ aũt primus de naturæ ratõe scripsisse vt Fauorinus i oimoda tradit. hi
storia: lunãq̧ hãc sempiternã habere naturã dixit. Fuit aũt Perithi filius sicut & ipse in
principio sui operis testat̃. Alcmæon crotoniates hæc ait Perithi filius Brõtino & Leo
ni & Bathyllo: de iuisibilibus de imortalibus rebus manifestũ qdẽ scientiã habent dij:
quantũ vero conijcere hominibus licet & cętera. Animã vero imortalẽ dixit: mouetiq̧
iugiter instar solis. ¶ Hippasus Metapontinus.

Ippasus metapõtinus & ipse Pythagoricus fuit: ait aũt diffinitum esse temp⁹
h mundanæ mutationis: finitumq̧ hoc totum esse ac semper moueri. Demetri
us autem in homonimis refert illum nullum opus reliquisse. Fuerunt aũt hip
pasi duo hic. s. & qui Laconum rempub. quinq̧ libris compræhendit. Erat autem & ip
se Lacon. ¶ Philolaus.

Hilolaus Crotoniatę filius Pythagoricus & ipse fuit: ab hoc Pythagoricos li
p bros emẽdos: vt curaret: Dioni scribit Plato: moritur aut suspectus quod ty
rannidem inuadere moliret̃: & nostrum est in ipsum sic.
Suspicio dico: cunctis est vsq̧ cauenda.
Nil agis infœlix cum videaris: agis:
Patria sic croton philolaum sustulit olim:

Regnum affectantes credula habere manus:

Opinatur aût omnia harmonia: ac necessitate fieri: terramq; fm primum circulũ moueri dixit. Alij Icetam siracusanum id sensisse affirmant. Scripsit aût librũ in quo Hermippus quépiam scriptorem dixisse refert Platoné philosophum cum in Siciliam ad Dionysium ꝓfectus esset emisse a Philolai cõsanguineis argenti minas Alexandrinas .xl. atq; inde transcripsisse. Timæum alij Platonem dicunt hæc a Dionysio accepisse reluctantem licet abductũ ex carcere adulescenté & philolai discipulis: refert Demetrius in homonymis pythagorica de natura reꝝ hunc primum edidisse: quoꝝ est initiũ: primo in mundo natura coacta est ex infinitis ac finitis mundusq; totus: & quæ sunt in ipso omnia.

¶Eudoxus.

Vdoxus Aeschini filius Cnidius astrologus: geometra: medicus: ac legifer fuit. ac geometrã qdem ab archita didicit. In medicina vero philistiõe Siculo ꝑceptore vsus ẽ: vt Callimachus in tabulis. Porro sotion in successionib9 Platonis quoq; auditoré fuisse scribit: Nam cũ annũ .xxiij. ætatis ageret: summoq; iter paupertatis angustias discendi studio flagraret socraticoꝝ gloria pcitum athenas cõtendisse cũ theomedonte medico: a quo & nutriri solitũ: nec defuerunt q dicerent ipsius pędicam fuisse. Deiectus aût i piræum athẽas quotidie ascendebat. ibiq; cũ sophistas audisset ad portum regrediebat. Duos aût ibi menses remoratus domum reuertit. Vnde rursus amicoꝝ largitate suffultus in ægyptum cũ Chrysippo medico ꝓfectus est cõmendatitias ab agesilao litteras ad Nectabin ferẽs: a quo & sacerdotibus intẽte commendatus ẽ. Ibi annum vnũ & menses quattuor remoratus mẽto atonso: atq; supercilio .viii. annoꝝ historiam fm quosdam cõscripsit: inde iam cizici atq; in ꝓponnde phãnus mausolum iridem visere voluit. Tum vero athenas redijt habens secũ discipulos plurimos cõtristandi: vt qdam volunt Platonis gratia: q; ijs ab initio illum a se dimiserat: sunt q dicant conuiuiũ Platoni celebranti ipsum adstantibus plurimis Hemycichum accubitũ introduxisse. Enimuero Nicomachus Aristotelis filius illum ait voluptatem bonũ dicere. Exceptus aût in patria magno cũ honore est: cuius rei indicio est honorificũ de illo factum decretũ. Apud græcos quoq; clarissimus fuit: ciuibusq; suis leges cõscripsit: vt Hermippus in quarto de septem sapientibus libro refert: scripsit itẽ de astrologia & de geometria & de alijs quibusdã insignia opuscula. Tres aût habuit filias Hactidẽ: Philitidem: Delphidẽ. Refert Heratoisthenes in libris ad Hecatonẽ ipsum & cynicoꝝ dialogos cõposuisse: alij ægyptios qdem lingua sua illos cõscripsisse: Hunc vero traductos græcis edidisse tradunt: eius Chrysippus Erinei filius Cnidius auditor fuit in hisquæ de dijs: de mundo: de cælestibus docent. In medicina vero Philistione siculo ꝑceptore vsus ẽ. Reliquit aût & cõmentaria pulcherrima & eruditionis plenã: huius filius Aristagoras fuit: cuius Chrysippus ethlij filius discipul9 fuit: cuius ferunt modi illi ad videndas speculationes naturales quæ in aiam eius venerant accõmodati. Fuerunt auté eudoxi tres. Primus hic ipse. Secundus rhodius historiaꝝ scriptor. Tertius Siculus. Agathoclis filius poeta comicus: q ter vrbana vicit certamina: quinquiesq; lenaica: vt Appollodorus in chronicis ait. Inuenimus & alium medicum Cnidium: qué ait Eudoxus in terrę ambitu semper admonere solitũ articulos iugi agitatione exercendos sensusq; similiter. Idem vero refert Eudoxum Cnidiũ circa centesimã & tertiã olympiadẽ claruisse atq; lenias curuas repetisse. Morit aût tertiũ & quinquagesimũ agens annũ. Cum vero adhuc in ægypto morat cũ ichenophi heliopolitano apis illius palliũ lingere visus ẽ. Celebrẽ ergo illum fore nec longæuum ex eo ostẽto sacerdotes dixere: vt Fauorinus in commentarijs refert: est & nostrum in hunc.

Aboue cornuto propriam prædiſcere ſortem
Eudoxum fama eſt quondam memphitis in vrbe.
At quia ſermonem vitulo natura negauit
Nil dixit: ſtolam lingens obliquus aperte.
Hoc docuit moriere cito: non ocius alter
Illi igitur celeri venit mors horrida paſſu
Annos intuito ter denos triſq; viginti
Eudoxum ob famæ claritatem gloritatemq; appellabāt.

¶Diogenis. Laertij de viris philpſophorum Liber nonus Incipit.

¶Heraclitus Ephesius.

q

Voniā ergo de nobilibus Pythagoricis diximus nūc iam ſpar
ſim: vt aiūt: de claris qbuſdā philoſophis loquamur. ac primū
de Heraclito dicendū. Heraclitus bliſonis ſiue vt qdā volunt
Heratiōtis filius Epheſius circa. lxix. olympiadē clarus ē habi
tus. Fuit aūt vltra cæteros alto aīo & cōtēnente oēs: vt ex ipſo
eius opere oſtēdit: vbi ait multa peritia mētē nō docet: Heſio
dū ſiqdē docuit & Pythagorā rurſuſq; Xenophanē atq; Heca
tæū. Nā licere vnū ſcire ſapiētē ſnīam qua gubernent oīa per oīa. Homeꝝq; dicebat di
gnū q ex certaminib9 eiceret: colaphiſq; cæderet: archilochūq; ſimiliter. Dicebat aūt
& iniuriā extinguere oportet magis q ardentē rogū: plebēq; ꝓ lege nō ſecus ac ꝓ mu
ro pugnare. Acriter aūt epheſios carpit qd amicum ſuū hermodoꝝ eiecerant dicens:
meret epheſi oēs adulti mori: impuberibuſq; vrbem derelinquere: qm̄ hermodoꝝ ſui
præſtantiſſimū expulerūt dicentes: noſtrū nemo ineqlis ſit: qm̄ ſiquis erit talis: alibiq;
& cū aliis. Cum aūt rogaret a ciuibus vt leges eis poneret: facere contēpſit: q, iam ciui
tas peſſima cōſuetudin. ībuta eſſet. Secedens vero ad phanū dianæ. cum filijs talo lu
debat. Circunſtantibus aūt ſe epheſijs qd inquit miramini o pditi: nonne pręſtat iſtuc
facere q̄ nobiſcum vltra rē adminiſtrare: tandē hominū odio percitus exijt: vitamq; in
montib9 ducebat olera comedēs: eius rei gratia morbo aquę intercutis arreptus ad vr
bem deſcēdit: medicoſq; per ænigmata ſolicitabat an poſſent ex ībre ſiccitatē facere. Il
lis nō intelligentibus ſe ipſum boū ſtabulo includēs & fimo bubulino obtuēs eo calo
re arbitrabat noxium ac exundatē humorē exhaurire poſſe. Vbi vero ne ſic qdem ali
quid ꝓficere cōſpexerat morit. lx. ætatis agens annum & eſt in ipſum noſtrum ſic.
Sæpe ego miratus quondam quonammodo poſſet
Hæraclitus vitæ viuere difficilis.
Eſt tamen extinctus: cum corpora namq; rigaſſet
Lympha: diem extinxit: attulit & tenebras.
Hermip9 aūt refert illū medicis dixiſſe. Nū poteſtis preſſis ineſtinis humorē exhauri
re: negantibus ſe ipſum ſolis obiecıſſe radijs ac iuſſiſſe pueris boū fimo ſe oblinere: eo ca
lore maceratū poſtridie obijſſe diē: ſepultūq; ī foro fuiſſe. Neāthes vero cizicen9 ait il
lū fimo bubulo cū ſe eximere nō poſſet ita pſtitiſſe: atq; ob eā mutationē ignoratū a ca
nib9 diſcerptū eē. Fuit aūt a puero mirabilis: & cū eēt iuuēis nihil ſe dicebat ſcire. Vbi
vero ad virilitatis ānos euaſerat oīa ignorare: neminē qdē audiuit veꝝ ſemet iueſtigā
dę veritati dediſſe: oīaq; ex ſemetipſo didiciſſe ait. Sotiō aūt quoſdā dixiſſe refert Xeno
phāis illū frequētaſſe auditoriū: Ariſtonēq; ī libro de heraclito dicere aq̄ intercutis illū

curatũ ęgritudine: morbo alio vitã finxisse ei opinioni & hippobotus accedit. Eius vero q legit̃ liber generaliter qdẽ de natura ẽ: cæterũ tris ĩ ptes scindit̃. Nãq & de vniuerso & de repu. & de theologia disserit. Illũ vero ĩ tẽplo Diãæ deposuit: vt qdã putãt: de idustria obscurius scriptũ: vt soli eruditi illũ legerẽt: ne si a vulgo passim legeret̃ cõtemptibilis esset. Hunc vero & Timon descripsit appellans maledicũ & turbæ infestum. Theophrastus illũ atrabile laborãtem alia semipfecta: alia alias aliter scripsisse refert: eius aliti animi signũ Antisthenes in successiõib9 id asserit: quod fratri cõcesserit regnũ. Tãtũ vero gloriæ ꝓmeruit ipsius liber vt sectatores habuerit q appellarentur heracliti. Sũt aũt ista quæ illi sũmatim visa sunt. Ex igne cũcta cõstare in eumq resolui oĩa fato oĩa fieri: & ex cõuersiõe cõtraria q̃ sint oĩa cõgruere & coaptari. Aĩarũ itẽ & demonũ plena eẽ oĩa dixit: & de his q̃ in mũdo cõtingunt passiõib9 oib9. Solis eã cẽ magnitudinẽ quę cernit̃ oculis. Dicit̃ & id de aię sensisse natura. Nũq illã repiri posse q̃talibet qs vie cõficiat spacia: adeo ꝓfundã eius esse rõnẽ. elarionẽ siue æstimationẽ sacrũ morbum appellabat: aspectumq mẽtiri. Lucide qdẽ interdũ & apte in suo ope loqtur: & vt tardissimo cuiq facilis ad intelligendũ sit: Breuitas quoq & iterpretatiõis grauitas incõparabilis ẽ. Iã vero p partes digerẽda sunt eius decreta: Ignẽ elementum esse dicit Ignisq vicissitudinẽ tũ raritate: tũ densitate cõstare quæ fiũt oia. Apte vero nihil explicat. fieriq oia p cõtrarietatẽ & fluminis in morẽ vniuersa decurrere: finitũ que esse hoc omne & vnũ esse mũdũ: eũq ex igne nasci: & rursus p quosdã ambitus p vices hoc omne seculũ ignescere. Id aũt fato fieri. Ex his vero quæ cõtraria sunt id qdẽ qd' ad generationẽ adducat vocari bellũ & cõtentionẽ qd' ãt ad incensionẽ cõcordiã & pacẽ. Mutationẽ quoq viã esse supra infraq ducentẽ secũdũ quã fieri mũdũ. Dẽsatũ qppe ignem liqscere: cõstãtemq aquã fieri. cõcretã vero aquã in humũ verti eãque inter inferiora eẽ humũ ipsam denuo effundi: atq ex ea fieri humorẽ. Ex eo ãt reliq̃ ferme oĩa ad euaporationẽ eã referens quæ ex mari fit: ipsamq ad supiora viã esse. Porro euaporatiões ex terra fieri & mari: alias qdem pspicuas & liqdas: alias vero tenebrosas: a liquidioribus ignẽ: a reliqs humorẽ incrementa cape. Aerẽ vero cuiusmodi sit nõ significat esse tamẽ scaphas per cõcauum ad nos conuersas: in quibus cõuenientes euaporationes liqdas perferre flãmas: quę sint sydera dicit. Esse ãt lucidissimã cãdidissimãq solis flãmam: nãque astra cętera remotiora esse: neque adeo terræ ꝓxima. Atque ideo minus lucere minusque calefacere: lunã q̃ terræ vicinior sit: nõ per liqdum locum apparere: solem ĩ suo splendore nulli admixtioni obnoxiũ durare certis a nobis spacijs mẽsurisque distãtem. Ex eo igitur magis calescere atque illustrare. Deficere itẽ solem ac lunã cũ scaphę ad superiora vertuntur: mẽstruasq figuras lunę fieri: dũ in illã sensim vertitur scapha. Diẽ itẽ ac noctẽ & menses & annos ãnique statuta tẽpora pluuiasq & ventos atq his similia secundũ euaporationes varias fieri. Nam liquidã euaporationẽ in solis circulo inflamatã diem facere. Cõtrariã vero vbi obtinuerit efficere noctẽ: atq ex lumine calorem augeri: æstatemq perficere: ex tenebris humorem abũdare: vnde hyems oriatur. in hunc modum: & de causis cæteris disputat. Enimuero terrã cuiusmodi sit penitus tacet: ac de scaphis indem: ista eius dogmata fuere. Porro quod ad Socratem attinet quænam eius de illo sñia fuerit cum eius legisset librũ euripide sibi deferente vt Aristoni ait diximus: cum de Socrate loqueremur. Seleucus tamẽ grãmaticus ait Crotoniatem quendã in eo quem caracolymbitem inscripsit libro tradere Cratem quẽdam hũc librũ pᵒ græcis inuexisse: ac dixisse librũ ipm delio aliquo indigere natatore q in illo nõ suffocaret̃: iscribũt illũ pleriq musas: alij de natura: diodorus vero gubernaculũ diligẽs ad librã vitæ: qdã sñiam mo℞ vnius oĩum institui ornamentũ. Aũt illũ cũ-

rogaret̃ cur taceret dixisse: vt vos loq̄mini. Eius frui cõtubernio & darius optauit: scripsitq; ad illũ ita. Rex Darius histaspis filius heraclitũ ephesiũ sapiẽtẽ viꝝ salutat: librũ de natura scripsisti obscuꝝ ad intelligẽdũ difficilẽq; ad exponendũ in plerisq;: denique si ad verbũ exponat̃: vim quãdã speculatiõis cõtinere v̄r: mũdi qdẽ totius & q̄ in eo fiũt oĩum q̄ sũt ĩ diuino motu cõstituta: ĩ qbus plurimi hæserũt assensũq; cõtinere: adeo vt & q cõplura legerũt ambigãt: cũ recta abs re reo cõscripta videat̃. Rex igit̃ Dari9 hystaspis filius auditor eẽ tuus cupit: particepsq; græce eruditiõis fieri. Venias itaq; q̄primũ ad cõspectũ meũ ac regiã domũ. Græci. n. vt plurimũ sapiẽtibus viris obseruãdis minus dediti aspnant̃ q̄ ab his recte fuerit ostẽsa studiose & audiẽda & discẽda. Apud me aũt aderit tibi oĩs honor: primatusq; oĩs: quotidieq; sollicita obseruatio & grata allocutio: vitaq; tuis mõribus ꝓbabilis. Vale: his ille ita r̃ndit. Heraclitus ephesius regi Dario histaspis filio salu. Quicq; mortales ĩ terris sunt a veritate ac iusticia se lõgius remouẽt: auaritiæ ãt & inani gloriæ ĩexplebiliter intẽdũt pditæ demẽtiæ cã. Ego ãt oĩs immemor neqtiæ fastidiũq; deuitãs oĩs inuidiæ domesticæ: supbiæ itẽ nunq̄ in psaꝝ solũ adueoirẽ paucis cõtẽtus: q̄ sunt ſm meã sniam huiusmodi ille & aduersus regem fuit. Demetrius ãt in equocis ipm & atheniẽses aspnatũ ait: apud quos magna de illo erat opinio: & cũ ephesijs eẽt cõtẽptui nusq̄ alibi maluisse cõuersari: meminit illius Demetrius quoq; Phalerius ĩ Socratis defensiõe plurimiq; fuere q illius exponerẽt librũ: qppe & Antisthenes & heraclides põticus & Sphærus stoicus. Pausanias p̄terea q heraclistites appellatus ẽ. Nicomedes quoq; ac Dionysi9 & ex grãmaticis Diodocus: q op9 illud nõ de natura: sed de repu. dixit differere. Nãq; de natura differit in exẽpli spẽm inserta illic esse. Hieronym9 ãt Scythinũ quẽdã iamboꝝ poetã ĩ illius librũ metro iocari illũq; cuertere dixit: multa aũt epigrammata in ipsum ferũtur: sed & hoc.

Heraclitus ego: quid me vexatis iniqui?
  Nõ vos: sed doctos tã graue quærit opus
Est mihi solus hõ trigĩta milia: plures:
  Nullus hõ stygijs hęc quoq; narro dies.

Noli heraclitũ rapido percurrere passu.
  Est via difficilis: luce papyrus eget.
In sua si doctus te duxerit atria vates.
  Cuncta videbũtur lucidiora die.

¶ Item aliud.

Quinq; aũt heracliti fuere: primus hic ipse: secũdus poeta lyricus: cuius est illa duodecim deoꝝ laus: tertius elegiæ poeta alicarnasseus in quẽ callimachus fecit sic.

Heraclite mihi quidã tua funera dixit
Et subito lachrymis ĩmaduere genæ.
Vẽit & in mẽtẽ quotiẽs accessim9 ambo
Ad solem: vt nobis mutua verba forent.
Puluis es exigu9 nũc hospes: sed tua musa
Viuit: plutonis nõ timet atq; manus.

Quartus lesbius qui macedonũ scripsit historiam. Quintus ex ĩdustria ridiculus qui ex citharæ pulsu erausiuit ad speciem.

¶ Xenophanes.

Enophanes Dexij siue vt Appollodor9 ait Orthomenis filius colophonius a
x Timõe laudat̃: denique ait Xenophanẽ moderatũ: ac sine fastu fuisse: pulsus ãt pr̃ia in zacla Siciliæ morat9 ẽ atq; catina. Sũt q neminẽ audisse dicãt: neq; desũt q Botonis atheniẽsis auditorẽ fuisse asseuerẽt. Alij archelaũ audisse: atq; vt Sotion ait Anaximãdri ætate vixit. Scripsit ãt versu elegias & iãbos cõtrà hesiodũ atq; homerũ quæ de dijs dixere illis exprobrãs ipse quoq; sua resarciebat poemata. Thaletis ac pythagoræ opiniõibus cõtraria sensisse fert̃: epimenidẽq; sugilasse. Fuit aũt & longæuus maxĩe sicuti & ipse quodã in loco testat̃ dicẽs sexagĩta & septẽ ãnos se a patria pegrinatũ eẽ cũ tũc. xxv. eẽt annoꝝ. Ait aũt quattuor eẽ oĩum reꝝ elemẽta infinitosq; mũdos neq; variabiles: nubes cõsistere cũ solis vapor sursum fert̃: easq; in aerẽ cogit: dei substãtiam rotundã esse & globosam: nihilq; cũ hoibus habere cõe. totũ cernere totũq; audi

re. non tñ respirare: simulq; esse oĩa mentem. prudentiam: æternitatem: primusq; dixit omne qd̃ fiat corruptioni obnoxiũ esse. Aiamq; esse spiritũ ait: & plurima deteriora mẽte eẽ. Tyrãnis cõgrediẽdũ aut minime aut suauissime. Empedocle ãt dicẽte sibi difficile iueniri iuuenẽ posse sapiẽtẽ recte inqt. Nã sapiẽs sit necesse ẽ q norit explorare sapiẽtẽ. Oia icõphẽsibilia eẽ primũ hũc dixisse sotiõ auctorẽ: sed fallit: Scripsit aũt de colophõis cõditiõe & de italica i eleã colonia versus ad duo milia. claruit. lx. fere olympiadæ. Refert vero demetri⁹ phalereus i libro de senectute: panętiusq; stoic⁹ i libro de trãqllitate filios illũ suos ,pprijs sepel sse mãib⁹ sicuti & anaxagorã. Videt ãt a pythagoricis pmenisco & orestade: vt fauorin⁹ i p° cõmẽtarioꝝ ait defecisse. Fuit ãt & alius xenophanes poeta iãbicus ex lesbo atq; hi qdẽ sparsim.

Parmenides.

p Armenides ei⁹ auditor fuit: pretusq; eleathes. cũ theophrastus i epitome anaximãdrũ audisse tradit. licet ãt xenophanis auditor fuerit: secut⁹ tñ illũ nõ eẽ socius itẽ adiũctus ẽ & ameniæ & diochetæ Pythagorico: vt Sotion ait paupi illi qdẽ sed hõesto sane viro ac bono quẽ ẽt potius secut⁹ ẽ: ac vita functo facellũ ædificauit. Cũ & genere & opibus illustris eẽt: atq; ab amenia nõ a xenophane ad quietã vitã inductus ẽ. Primus hic terrã globosam dixit: ac rotũdã & in medio sitã. Duoq; esse elemẽta ignẽ. s. & humidũ: illũ opificis: hãc materiæ tenere ordinẽ. Generationẽ itẽ hominũ ex sole primũ eẽ ortã: solẽ ipm calidũ esse atq; frigidũ: ex qbus cõstant oia: aiam ac mentẽ idẽ esse: sicuti & Theophrastus in physicis meminit: cũ fere oium opiniones exponeret: philosophiã quoq; eẽ duplicẽ: aliam fm veritatẽ: aliã iuxta opinionẽ: philosophiã & ipse carmine expressit: queãdmodũ Hesiodus: & Zenophanes atq; Empedocles: iudiciũ rõnis eẽ dixit: sensusq; minus eẽ exactos & idoneos ad iudicãdũ: floruit aũt olympiade sexagesima nona: primusq; aiaduertisse videt eundẽ esse vesperꝝ atq; luciferꝝ: vt Fauorinus in quito cõmẽtarioꝝ ait: alij Pythagorã dicũt. Negat Callimachus: ipsius poema eẽ fert. Ciuib⁹ quoq; suis scripsisse leges: vt Speusippus i libro de philosophis ait: hui⁹ noĩe Plato dialogũ inscripsit: vocauitq; parmenidẽ siue de ideis. Primus itẽ sermone iterrogasse Achillẽ: vt Fauorinus ait in oimoda historia. Fuit aũt & alius parmenides orator qui artẽ scripsit oratoriã.

Melissus.

m Elissus Ithegenis fili⁹ Samius Parmẽdis auditor fuit: & cũ Heraclito itẽ collocutus ẽ: quo tpe illũ ẽt ignorantibus cõmẽdauit ephesijs. sicuti Democritũ Hippocrates abderitis antea cõmẽdarat. Fuit ãt & ciuilis iptimis vir ciuibusq; maxime acceptus atq; carus. Vnde & pfectus classis electus magna virtutis documẽta dedit. Videbat aũt sibi loco omne infinitũ eẽ & imutabile atq; imobile: & vnũ sibi ipsi simile: ac plenũ: motũq; nõ esse: verꝝ videri esse. De dijs nihil diffiniendũ dicebat neq; n. illoꝝ certã esse notionẽ fuisse circa. lxxxiij. olympiadẽ Appollodorus refert.

Zeno.

z Eno Eleatres Piretri: vt Appollodorus ait in chronicis filius. Parmenidẽ vero natura quidẽ teleutagoræ: adoptiõe vero parmenidis filium dixit. De hoc atq; Melisso Timon hæc ait.

Magnum robur non molle zenonis plato reprahensoris.
Melissi multas phantasias supra: paucas infra.

Platonem sumpsisse plurima: maximasq; ad fandum vires comparasse: enimuero zeno Parmenidis auditor ac pædica fuit. Fuit autem ,pcera statura queãdmodum Plato in Parmenide notat: idemq; in sophista ipsum eleaticũ Parmenidem vocat: inuentorem aũt dialecticę sicuti & empedoclem rhetoricæ fuisse Aristoteles auctor est. Fuit & in philosophia & in rep. vir sane nobilissimus. Feruntur nempe ipsius volumina.

sapiẽtiæ plenissima. Is cum nearchũ tyrãnum siue Diomedontem deijcere ac pfliga
re voluisset comprehẽsus ẽ: vt in satyri epitome ait Heraclides: quo tpe cũ de cõscijs &
armis q̃ in liparis habuit ingrederet᷑: volẽs ipm̃ desertũ destituꝶ q̃ ondere: oẽs illius ami
cos cõiurationis eẽ cõscios dixit: deinde cũ de qbusdã dixisset qddã sibi ad aurẽ loq velle
significauit: eãq; mordicus apphẽsam nõ ante dimisit quã hãc dẽtib9 pforaret. Idẽ pas
sus qd' Aristogitõ tyrãnicida. Demetrius vero i equiuocis nasũ ei abscidisse ait: porro
Antisthenes i successiõib9 illũ cũ amicos nũciasset rogatũ a Tyrãno eẽt ne alius qspiã
dixisset: tu ciuitatis pnicies: atq; adstãtibus ita locutũ eẽ: admiror eqdẽ vestrã vecordiã
si hoꝶ gr̃a q̃ nũc ego tolero tyrãno fuire decernitis. Demũ pcisã liguã in ora tyrãni cõ
spuisse ciuesq; cõtinuo facto iperu lapidib9 tyrãnũ obruisse: hæc oẽs ferme ita tradide
rũt cęteꝶ. Hermipp9 illũ i cauũ lapidẽ iiectũ cõtusũq; fuisse ait: & i hũc nos sic dixim9

Tu bona quesisti crudelis scæna tyrãni: Fractus es ast iter mortaria cæde tyrãni
Eleus vt pprius libera turba foret. Nõ ego te zeno: sed tua mẽbra cano.

Preclarus & i cæteris fuit zeno maiorũq; nõ secus atq; Heraclitus quadã animi altitu
dine cõtẽptor. Nã & ipse prius quidẽ hylẽ: postmodũ vero eleã phocẽsiũ coloniã suã
ppriam ciuitatẽ humilẽ: bonosq; tñ viros nutrire solica dilexit magisq̃ atheniẽsiũ ma
gnificẽtiã ad quos pgebat raro domi assidue cõmorãs. Hic & achillẽ pri9 orationẽ cõ
pellauit: q̃uis fauorinus Parmenidẽ & alios cõplures pfert. Placet aũt illi mũdos esse
plures: vacuũq; nõ esse: naturã oium reꝶ ex calido & frigido aridoq; & humido fuisse
pfectã: cũ ista in alterutrũ cõmutent᷑: generationẽ hoium e terra eẽ: aĩamq; ita ex his
oibus cõmixtã q̃ predixim9 vt a nullo coꝶ plusq̃ a cæteris obtineat᷑. Hũc aũt cũ ma
ledictis ageret᷑ idignari solitũ: causantibusq; qbusdã dixisse: si maledicta æquo aĩo ad
mittã ne laudes qdẽ sentiã. Octo vero fuisse zenones cũ de cittico loqueremur dixius:
Floruit aũt olympiade. lxx. ¶Leucippus.

Eucippus Eleates fuit fm quosdã abderites: aut iuxta alios. Milesi9 Zenonis
auditor fuit. Placebat illi infinita eẽ oĩa: & in se ipsa cõmutari: oĩaq; istud ina
ne eẽ: plenũq; corpibus: mũdosq; fieri corpibus i hoc inane incidẽtib9: & inui
cẽ iplicatis: atq; ex motu fm illoꝶ incremẽta naturã sydeꝶ fieri. Solẽ i circo maiori fm
lunã ferre terrã: vehi: ac circa mediũ verti: figurãq; illius tympano similẽ: primus hic
atomos pricipia subiecit. summati ista illi visa sũt: sed sunt explirãda per ptes. Omneq;
dẽ ve dixim9 ifinitũ ait: huius partẽ plenã eẽ partẽ inanẽ & elemẽta ait: mũdosq; ex eis
ifinitos eẽ: & i ea dilabi: atq; dissolui. Sicut aũt fieri mũdos ex ifinito p abscisionẽ: mul
ta corpa figuris oigena i magnũ vacuũ ferri: eaq; i vnũ coacta vnã vertiginem efficere:
fm quã offendere: ac circuiri modis oibus atq; ita discerni: vt seorsũ silia quæ sunt simi
militer petãt. Cæteꝶ eq libra cũ ob multitudinẽ minime iã circũferri possint: exilia qdẽ
ad exterius vacuũ cõcẽdere sic ordinãte natura: cætera sub sydere: & inexa atq; in se ipli
catã iuicẽ cõcurrere: atq; ea cõcursiõe prius quãdã cõcretionẽ efficere rotũdã. Hãc aũt
veluti mẽbranã subsistere cõtinẽtẽ in se oigena corpora q̃ dũ fm medij reluctationẽ cir
cũ uoluũt᷑ tenuẽ p gyꝶ mẽbranulã fieri iuxta vertiginis attractũ corpibus ppetuis sp
cõfluẽtibus: atq; ita fieri terrã: cõmanẽtib9 q̃ semel in mediũ iniecta erãt: ipmq; rursus
cõtinẽtẽ mẽbranę istar augeri iuxta extrĩ moꝶ effluẽtiã corpoꝶ: & dũ vertiginẽ fert q
